















Strassburg: H. Sybold 1538



LVDOVICVS BONACIOLVS FERRARIENSIS MEDICVS ILLVstris de conceptionis indiciis, nec non maris fœmineiq; partus significatione.

EIVSDEM.

Quæ utero grauibus accidant. Et eorum medicinæ.

Prognostica causæq; effluxionum & abortuum. &c.

Proceritatis īproceritatisq; partuum causæ.



HENRICVS SYBOLD
Medicinæ professor Lect. S.

Natura uires & ꝓprietates suas. Dulciss. L. non raro abdit & occultat, sic, ut nō nisi externis quibusdam signis agnoscantur, uelut cum anxie querimus, Num fœmina cōceperit nec ne? Dein masculum an fœmellam sit paritura? quorum ueritas plerūqꝫ in abstrusis latibulis naturæ sepulta iacet, & potius notis & uestigiis quibusdam, q̄ certis causis deprehenditur. Porro in his ceu paradoxis explicandis, Dii boni, q̄ egregium artificem pręstitit Luduicus Bonaciolus Ferrariensis physicus, preter medicinę insignem peritiam, arcanorum scientissimus, qui inditia conceptionis Et quę utero grauibus accidant, mira ingenii industria prodidit, hæc tametsi secreta censeantur non sumus passi, diutius in secretis delitescere. Quisquis igtiur affectat oculta naturæ miracula, Bonaciolum nostrum, tāqꝫ Appollinem quendam delphicū cōsulat, hauriet is hoc libello non secus atqꝫ ex trypode, rarum quoddā Apollinis oraculū. Vale

CONCEPTIONIS INDICIA. Necnon maris fœmineiq́; partus.

INCHOATI HOMINIS indices (q̄q̄ fallaciosissime & quibus minus credēdum sit, quandoquidem complures ac prope dixerim omnes, omnem citra grauiditatem mēstruis recrementis suppressis euenire queant,) exponēdæ sunt. Etenim hæc multiformi contemplantium ingenia ambage torserunt. quādo fieri possit (imo quottidie constat) ut mēstruæ purgationes, ob uenarum easdem ad uterum perferentium concretionem interseptionemq́;, & item ob cruoris crassamentum frigiditatem ue incertiores admodum secernantur, aut earum uacuatio prorsus intercipiatur. Quibus alio decumbentibus, Eadem ferme quæ et mulieribus uterum gerentibus accidere, Ecquis ni mente admodum captus diffiteatur?. Attamen quæ nobis genitalia semina concepta fore (tametsi haud perpetua fide) indicia suadere ualent, breuibus a capite orsi perstringemus. Igitur si nosci libuerit an mu-

foetus conceptu indicia

an mulier hordea sit, diligenti adhibito examine cuncta hęc scrutabere. Si a conceptu decimo sole aut maturius aut serius prout magis minus ue ex superuacua materia tẽtatur, Capitis dolores inquiesc* infestent. Si exinde caliginosa uertigine et tenebris oculorum acies hebitetur: Si pupillæ minuuntur: Si candicans particula amplior fiat, Si flauescat, atq* si eiusdẽ uenulę cruore turgeant: Si concauẽtur ocelli: Si palpebræ molliantur, et ob hęc eius aspectus grauior atq* ingratus magis reddatur: Si inunctis medicamine oculis, (prærogatiua sane fœcunditatis,) saliua inficiatur: Si pannus rufæq* lenticulæ earum faciem deforment: Si inter oculorum angulos, & nares uenæ sitæ conspicuæ magis cõparent: Si sub lingua uena uirescat: Si ceruix calidior, tergus algidius: Si colli uenæ arteriæq* extendantur & turgeant magis ac euidentius percussu ipso attollantur: Si pectoris uenæ nigrescent ac tandẽ uirides glaucęq* reddãtur: Si mãmæ obdurescãt, extuberent, perdoleant, Si papillarũ colos in ruborẽ demutetur: Si merum aut quæ libuerit algida res epota in mãmas recto tramite, (algore suo illa comitante,) interea permeare uideatur dũ sorbetur: Denicq* si in edulijs fastidium: Atq*

Atq; si malacia prehendat,(ea sit ubi quicq̃ gustare improbe appetant, aut enormium appetitus uarij assurgant citoq; cõmutetur, quod picare quidam a pica aue denominãt) Si escę cupido claudatur: Si uentriculi redundatio, & succorum pariter atq; cibariorum uomitiones acciderint: Si acide ructet: Si temeto infestetur, Quippe quæ quom biberit, langueat atq; flaccescat: Si cordis pulsus perturbet: Si ocissime lętetur, ocissimeq; tristetur: Si aluum ac potissimum umbilicum tormina fatigent:
Si renum coxendicumq; grauitas uexet: Si ilia pleniora compareãt, quod equidem ijs quæ graciliores sunt, euidentius accidit: Si inguina persentiscat, quę et conceptui argumento esse posse quem latet? Si concumbentes mas & fœmina, unà genituras emiserint, quæ si in septimum diem intus permanserint, conceptum iam esse certum est. Si peracta re exterarum partium algor superuenerit: Si uir colem uterum suxisse senserit: Si a coitu mox locus resiccescerit mulieribusq; naturæ labia tenuiora efficiantur: Si coitum abhorruerit, aut si ardentius concupierit: Si uteri os ad obrutum, arctissime conniuerit, Hippocrate tradente, Quæ uterum gerunt, ijs uulua se com

malaria
picare
Gal.

comprimit. Enimuero mulieris utero grauis uel pręcipuum indicium est quoties obstetrix perspicaci intelligentia salutarē digitum summittens, uuluæ os pertingens concretum obsęptum ac deniq; sigillatum nouerit. At quom hac oris arctiōe et uteri moles quæpiam pręter naturam indicari possit eius rei discretionem scabricie internoscas. Nam per grauiditatem, tenerum & mollē extat, & modum naturæ modicum obseruat. Quibus uero inflammatio duritudine infestauerit, duriusculum persentitur.

Hipp. li. 5 Apho. 51. Quod Hippocrates hac perpensione prodidit, Quibus uteri os durū est, ijs cōpressū id esse, necesse est: Si uulua uniuersum alueum donec ad septimum mensem uētum sit, contraxerit: Si inglomerata sese extulerit: Si post initum, alui tergorisq; pulsatilis dolor prehenderit: Si menses per assuetos circuitus substiterint. Quoniam ex uenis quæ intus in uteri alueo sunt, secūdæ inuolucrum dependeat, & ob eam rem nihil prorsus per eas in muliebrem sinum excerni queat. Vnde secundum naturam haud quaq̄ inferius aguntur, at in ubera transeunt, concoctioneq; latescunt. Cuius nota exiguo quodam & araneę propemodum specie in mammis uisitur. Quod si

mulíebrium

muliebrium quicq̃ eliciatur, tantillum qui-
dem fuerit, ac ex ceruicis uenulis prorũpet.
Si igitur esculẽta fastidiat mulier muliebri-
bus suppressis denegatisq; hominem incho
asse arbitratum iri fas est. Quod Hippo- Hipp.li.5 Aph.61.
crates ita sanxit, Si mulieri menstruę pur
gationes non prodeunt, nec horror aut fe-
bris superuenit, et fastidia accidunt, grauidã
esse arbitrare: Si etiamnum dolores tu-
mores extuberationesq; carnis in cruribus
inciderint: Si corpus uniuersum grauet
mollescat, effœminetur, pallescatq;: Si pul pulsus
sus protinus ab initio fortis et magnus, pro
cedente tempore paruus & uelox persiet.
Quin etiam ex humidis recrementis gra-
uiditatis indicia exploratum itura sunt: Vt
si eorum meatulus arctior fiat, Vnde diffi-
cilius emittantur. Si urina subalbida cla urina im
ra, nubiloso rore supernatante, ac stellati la pregnantiũ
pidis colorem præ se ferente, (atomisq; in
ea ipsa ascendentibus descendentibusque)
fuerit. Etenim initium conceptionis id
præmonstrat. Si a conceptu primo mẽ-
se, ima sui parte candicantia corpuscula ad
farinæ crassioris speciem subsideant, quæ
commota carminati xilini cotoni ue effigi
em referant. Si accedente adhuc tempo-
re flaua dein rubra puniceaue, postremo

atra,(nubecula parte superna rubore suffu-sa,) euadat. Si quocunque tempore subsidentia tenuis disiecta carminato gossipino per q̃ similis in ea ipsa congeritur: Sed & hominẽ inchoatum esse experimẽto quoque mulso poto apertissime perpenditur, Hippocrate exarante, Si nosse libuerit an mulier grauida sit, mulsum ei bibendum dabis quom itura cubitum est. Post deinde si uenter torquetur, grauida est; sin minus, nõ est. Porro flatuoso spiritu intus in intestinorum anfractibus incluso luctante nullo exitu, mordicanteque aluum torqueri quis hiscat? Igitur non ab re fuerit, si mulieri crudum mulsum quom itura cubitũ est sorptui dederis, quandoquidem eo ilia prægrãdi proculdubio mole fastigientur, hinc utero grauem ob angustiam, quam geniturís infra affor mãdi hominis monetam locatis uterus conuehit permorderi censendũ. Et item quo melius id assequamur, ut tãtisper interquiescat mulier moliendum, pariter atque edulijs expleatur, (quippe quæ ita magis torqueri assoleant,) præcipiendum est.

Cæterum aromatum suffitus quem nõnulli hac in re in sui patrocinium afferre contendunt, tantum abest ab conceptus indicijs, uti ab eisdem nihil alienum magis

esse

aphor. 41. lib. 5.

esse queat. Non enim grauiditatem at ste rilitatem commonstrare Hippocrates edo cuit. Si mulier non concipit & scire pla= cet an concipere possit, ueste obuolutã suffi es infra. Nam si odor transmitti per os ad nares uideatur, non esse sua culpa steri= lem cognosces. Etenim si halitum odo= risque spiramentum incensarum materie= rum, (quæ impendio fragrantiores odo= ratioresq́ sint,) ad os & nares transmissum mulier plane persentiscat, neutiquam steri= lis censenda est. Verum & mulierem for tassis non concepisse ignoscas hoc ipso suf fitu licebit, non tamen superius proditæ p= pensioni apte congruit. Quandoquidẽ solis ijs subeuntes suffitionis odores mini= me efferantur, quibus uteri ostium interſæ= ptum occæcatumq́ existit. Quale sobo= lis creationi nequaq̃ accommodatum cen= setur. Nec absimile de alio, Aristolochiæ æq́ scobe supposita iudicium ferendum est Lotium alij triduo uitreo uasculo apprime obsæpto in umbra asseruari uolunt. Ex= inde perpurgato linteo succolari. Quod si minutissima animalia pediculis similia in eo offenderis, conceptum plane præmon= strant. Vbi ruffa extiterint marem, candi cantia fœminam, indicant. Simili modo et

 acum

acum æreo malluuio matula ue urinæ col-
lectæ per noctem infundunt, quę simul atque
pernoctauerit si minutissimas notulas, (or-
biculorũ instar,) puniceas contraxerit, mu-
lier grauida est, sin ęrugo incesserit minime.
Verum ijs ego sæpius experimentis egre-
gia hercle frustratione usus, (uel quia indi-
ligenter exercuerim, uel forte quia res ita
sese habet,) irrita fallaciosaque cõperi. Quę
& alia pleraque q̃q̃ in uniuersum omnibus
horis hominis uita crediderit, nec credere
senserit, uiritim tamen sapientissimi cuiusque
fides plane respuit. Rursum cardui succus
epotus si reijciatur ĩchoati hominis index
est, sin minus non est. At qui quod intus
geratur non solum pręscire oportet, sed an
mas, an fœmina fuerit partus exquisite ex
plorandum est. Quamobrem neminem
lateat, Marem ferenti dextri oculi celeri-
tudinem, uiuidumque colorem inesse. Cui
etiamnum mamma dextra impendio ma
ior, obdurior, huius papilla ocius quam le
uæ a colore euariat. Eidem lac præcox,
quod ab ubere mulctum uitreo umboni
iniectum, solique per horam expositum in
orbiculum instar margaritę fulgore mican
tis conglobatur, quod insuper in eiusdem
mulieris a qua mulctra facta est, lotio fuso
partẽ

Notæ conceptus maris

partem imam recto uiæ itinere petit, sal illi adiectus neutiquam colliquatur. Atqui assidue quæ marem gerunt, facilius exigũt, & coloratiores dextra potissimũ mala sunt minusq; pallent. Quod Hippocrates tradidit, Mulier si marem gerit, probe colorata est, si fœminam, decolor est. Mares præterea partus magna ex parte circiter quadragesimum diem motus præpotes sunt, plus atq; in utero motus, ualidiusq; dextro potius latere, inferunt. Idq; ab Hippocrate ita sancitum est, Fœtus qui mares sũt parte uteri dextra continentur, qui fœminę, magis sinistra. Longe enim mas a fœminę natura calore dissidet. Quocirca hæc & tãta contra q̃ in fœmineo fœtu accidere neminem admirari licet. Purgationes etiam num ad tempus quoddam (scilicet quadraginta dierum,) accedunt. Vter mucronat⁹ ad umbilici sedem prominet. Nec minus profecto admiratione dignum est, mulierem in ione perpetuo dextrum pedem præferre, ac exurgentem manui dextræ potius q̃ leuæ initi. Dexter pulsus eidem plenior. Contraria omnia in altero sexu. Prim⁹ fœminæ parte plurima, nonagesimo die motus, latere leuo, ingestabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Pallidiores

Hipp. li. 5 Aph. 42.

pulsus

conceptæ fœmine signa

res

Pallidiores sunt fœminam gestantes, auidi
us appetunt, atque minus re iam præsente,
(quam cupierint,) frui queunt, protinus e-
nim fastidiunt, quod modo uehemẽter ap-
peterent. Muliebria trigesimo die prodeunt
Qua sane reputatione fœmineę sortis mise
reri ꝑtinus subit. Cæterū Aristolochię pul-
uisculus ex melle confectus lanaq; obuolu
tus per tẽpus uuluę impositus, mari aut fœ
minę inchoatę argumẽto esse potest, Nam
si saliuā edulcauerit, mas proculdubio con
ceptus est: Sin amarorem allectet, fœmella.
Inde et plerosq; existimare uideo nihil non
de hac ipsa re herbarum ui cognosci posse,
Sed plurimarū etiam calcatarū uires esse in
cognitas, ob eā rē ꝙ eas agrestes litterarūq;
ignari, quippe qui soli inter illas uiuant, ex-
periuntur. Accedit ratio inuẽtionis anceps
quandoquidem in repertis alia casus, alia
uitæ pleraq; utilia (ut uere dixerim) deus ip
se īueniat. Quin etiam ad maris fœmellæq;
generationẽ prænoscendā an nouella sene-
scens ue an florens & uigens ætas fuerit no
uisse non parum interest, quandoquidem
hæ mares, Illę maxima ex parte fœminas ꝓ
creent. Quippe in quarum altera calor nõ-
dū ꝑfectus sit, in altera uero deficiat. Humi
diora etiānū effœminatioraq; corꝑa, semi-
nalia necnõ

necnon excrementa humentia magis spissa fœminas potius gignũt. Flatus insuper ad huius uel illius inchoationem plurimum conferre cõpertum habetur, siquidem ĳs aquilonĳs magis q̃ austris mares gigni nõ in genere humano solum uerũ, & in pecoribus, luce clarius est. Quãobrẽ oraculũ illud magnopere custodiendum, qui mares concipi auẽt eo spectent. Nec recens subtrahemus exemplũ. Quod Pecorꝝ pastores q mares concipi uolũt in hũc (ut sic in eundẽ incãt) eafteñ pascũt. Quin imo obseruatũ certe expimẽtoq; obuiũ ẽ, fœminas cõceptas esse si a coitu in affricũ, utpote qui ex aduerso aquilõis ab occasu brumali sit, pecus sese circũegerit. Qđ equidẽ in usus humanę cõceptionis ṽtisse nequicquã pudendũ. Id quoq; ipsũ casu repertũ quis dubitet uerũ, si quis illa forte ab hoĩe excogitari potuisse crediderit, ingrate deorꝝ munera prsus intelligit. Nec pfecto ppetua indicia hęc extiterit. Ideoq; hęc Hippocratẽ, Galenũ litterarꝝ subtilitatibus peritos nõ admodũ illustrasse ac demũ nõ ab alĳs hominũ recepta fuisse, atq; p memoriã trãsisse ęque ac nihil in uita mirãdum ẽ, usq; adeo fides istis fasq; oẽ defuit. Etenim interdum (q̃q̃ rarẽter) fieri quit, ut fœmina ualentior mare concepta

dextro

dextro latere crebrius & uehementius, contra mas imbecilior morbidiorq́ʒ, sinistro rarius & languidius commoueatur. Sed enim hæc & id genus reliqua, ut eo dissentiunt, quod magna ex parte, et magis minꝰue accidit, sic retulimus. Enimuero mulierum interna hæc hominum nec indagare interest, neqʒ solers humanæ mentis, artificiosaqʒ coniectatio, ad eam rem proxime accedit. Idqʒ nisi numē potis est uis ulla tenere. Furor est empericos quosdam (adeo ꝗ ad eius scientiæ rabiem non auiditatē modo sese egere) ita tum conceptus, tum concepti maris fœmellæ ue certitudinem animo agitasse, ut rem sic sese habere non uaga, & artifici coniectura solū, sed perpetua & quasi unde certissent potiti sint. Futurū puerperium præuidentes, certo certius temeritudine (quod solus deus nouit) prodere auserint. Quæ nempe ubi uera forent quantum adeo tandem tales distare dum uiuant uideri possunt? At hæc quidem & id genus reliqua, cuiusqʒ arbitrio æstimanda relinquantur. Res nihilosecius de qua plura scriptitentur, prædictionum peritia digna (ut īter auctores cōuenit) cēset ulꝫ eo ipso ꝙ desideratissima medicinę ꝑtiū plurimū in toto terraum orbe plurimisqʒ seculis eualuerit. Atqʒ ut hoc ꝙqʒ sugesserit rerum

rationi comperte experimẽtorum(ad quæ uel maxime etiamnum quisq; iuste caligat) notitias miscuit. ita hominum sensibus du plici uinculo possessis in tantum fastigij a- doleuit, ut hodieq; etiam in magna tũ me- dicorum, tum cæterarum gentium parte præualeat. Quoniam quum humanę men ti euenta quæq; rerum præscire perpetuo placuerit, Nihil tamen adeo cupitum a- liud, q̃ futuros partus, (quippe qui omniũ gratissimi, nullo non auido uenturam de hac ipsa re sortem sciendi,) prænouisse con stat. Inde ei maximam auctoritatem parti fuisse nemo miret. quandoquidẽ sola par tium humanę mentis imperiosissima de fu turorum præciosissimis ac præcipuis mor tales certiores reddere, perinde ac si e cœlo ea uerissime peti credidissẽt, blãdissime spo- sponderit. Nos uero hęc etiam auditu fasti dimus, proindeq; hasce præsagitionum le- uissimas uanitates sæpius quidem pręsen- tis capitis parte ubicunq; causæ locusq; poscebant(quantum nobis licuit) co- arguimus, paucisq; et nunc dete ximus. Tanta de inditijs ca stigatiꝰ q̃ se copia sug gerebat.



QVÆ VTERO GRAVIBVS accidant, & eorum medicinæ. Dequæ superfœtatione pulcra.


actenus Iudiciorum cõcepus historiam, (relicta pene causarũ indagine,) digessimus. Nũc reliqua concinna serie prægnantium memorabilia expiscari operæpretium est. Si prius eorum ferme omnium quę antea prodidimus in uniuersum causã nacti muliebrium suppressionem proposuerimus. Quamobrẽ paucis contingit ut melius habeant quom uterũ gerũt, idq; fit ut magis ualeãt, qñ corpus uitiosis ĳs succis oppletũ fuerit, Quos part9 ad sui altionẽ exhauriat, parentemq; exquisitius perpurget. Cõpluribus contra, ut ęgrius magna ex parte degant, euenit. Cuius rei causã aliquã uel ad uitã referre possum9. Quõ enim mulieres ociosã ac sellulariã uitã degũt, Excremẽta nõ parũ multa sibi cõtrahunt, quo fit ut tristius uterũ gestẽt. At cõtra quibus gẽtibus mulieres labores suscipere assuescunt, quomodo agricolæ faciunt, ĳs sane neutiq̃ difficulter uterus gestatur quippe quibus recremẽta labor absumat. Sed uel maxima

horum causa est. Quod mulieri plurima purgatio euenit, quæ quom uteri gestatione desierit, apprime uexat atq; magnopere interturbat. Quandoquidem haud utero graues, (nisi menstruæ purgationes prodeant,) ægrotationes etiamnum corripiant. Uti Hippocrates monuit, Si mulieri menstrua immodice fiunt, morbi accidunt, & si non fiunt, morbi matricarij accidũt. Hinc cordis saltum, animæ defectiões, uertigines, uentriculi dolores, nauseas, uomitionesque plurimas, utero gerentes prehendere cõspicuum est, & præcipue quibus purgationes constiterint, (quippe quæ corporis proportione mulieri plurimæ sint) nec dum ad ubera transierint, ob eam rem quod ab initio aut etiam paulopost aut nihil quicq̃ aut tantillum quid in puerperij alimoniam absumatur. Quocirca cruentum uirus a corporis in quo continetur, natura alienũ necq; nutu suo alens, intra uenas retentum ad iecur atq; uentriculum tandem, (ea moliẽdo incommoda,) serpit. Hinc uentriculi redundationes cit, hinc etiamnum secundum eiusdem labem, quibusdã carbones plerisq; terram, & id genus reliqua fœda & abominatu digna, (ut nos ipsi sæpius uidimus,) mãdere ĩ mẽtẽ uenit atq; desiderio insolita

quædam

quædam gustatu horrendâ gustandi pro- pere mouentur, hanc latini mulierculàrum mollíciem malaciam uocitauere. Quibus uentriculi cum appropriatis mundificatio- ne sicuti polipodio siccato efficacissime suc- curritur, subinde appetitus acidis rectifice- tur, ac post cibũ, piris, cydonijs, malis pu- nicis, auellanis assis, ciceribꝰ assis, uescãtur: sinapi etiam uti prodest, quando & nocu- um succum abscindat & appetitum cieat. Vinum ex aqua mellis et aqua zuchari bi bant. Cataplasmate corticum citri, melissę, calami odorati, ex oleo, nardino mastichi- noqꝫ uentriculo admoto recte medemur. Plurimum itaqꝫ langoris ijs inest. At in u- troqꝫ sexu capillum germinante puerperio & in plenilunio (quod tẽpus æditos quoqꝫ ĩfantes uľmaxime uexat) fastidiunt tedioqꝫ fatiscunt, ijs aptissima sunt, quę austera quæ acida, quæqꝫ contacta modico sale sunt, itẽ panis sine fermento, omnis auis, omnis ue- natio atqꝫ utraqꝫ assa magisq̃ elixa, quicqd ex cęteris sumiť macrũ potiꝰ q̃ pingue. Ex pomis moꝝ, sorbũ, piꝝ fragile, coroneũ, punicum, palmulæ, nuclei pinei, oleę albæ, ex dura muria, eę dẽ aceto ĩtinctę, uel nigrę quę ĩ arbore opime pmaturuerint, uľ quæ ĩ passo defruto ue asseruatę fuerint. Temetũ

malaria

Cura

 austeꝝ (q̃q̃

(q̄q̄ asperum,) item resinatum, ac tandem cibi, potionesq; uel frigidæ uel feruentes. Quare quom aliquæ principio magis laborent, aliæ post, quom iam partus increuerit. Attamen omnes adæque mense quarto octauoq; maxime infestantur, quod si uel quarto uel octauo fœtus perierit, ipsæ quoq; una assidue intereunt periclitanturq;. Adhuc etiamnum earum uentriculus plerūq; flatuoso spiritu laborat, pedes extuberant atq; inflamantur. Quibus profecto affectibus iis medemur cocleæ si fieri potest affricanæ in cibo sumptæ, coquuntur intactæ ex aqua, dein ex prunis torrentur, tunc ex uino & garo æduntur, impari sane numero stomachi dolori succurrunt, uiuæ etiamnū cocleæ & aceto deuoratæ prosunt. Ventriculi autem redundationi recte, malagmate ex foliis uitis castoreo cotoneis, dactylis immaturis, calamo odorato, spica, temeto aromatico adiecto medemur. At quom extimemus præcordiorū uitiū esse, si cibus minime continetur, certe quibus hoc accidit stomacho laborare dicuntur horum præcordiis uenter ossifragi arefactus infricatur Si in manu quoq; teneatur dum cibus sumitur, magnopere prodest. Nec ab re sit cōpositionem operi conueniētem describere

Quæ

Quæ sua ui stomachi fastidium et marcorē mire ac celerime detegat. In musto ex uuis albis congio cydonia quinq; nō purgata, totidemq; mala punica conijciuntur. Cui additur, sorborum sextarius, roris syriaci sextarius, croci siculi semiuncia. Sic usq; ad mellis crassitudinem coquatur, inde in die lingula sumitur, fit efficacissima potio cō/positione ita scripta. Apij seminis aridi drachmæ sex. Petroselini macedonici, spi/cænardi, mirrhæ, opij, scyni, piperis longi, singulorum drachmæ quattuor, piperis al bi drachmæ quinq;. Hæc una cum melle græco dispumato quod satis sit teruntur. Ieiuno in potione mulsi mixti ex aqua ca/lida drachmæ duę utiliter dantur. Si flatuo so spiritu dolor uehemens citetur, semina feniculi apij anisi ciminum & id genus reli qua adijcienda sunt. Cordis saltui calida a/qua ubere pota opitulamur. Aceris radix cum uino tusa, ijs quas linquit animus aut mens, & alienant, qbusq; uertigines fiāt, effi cacissime prodest. Cocleę singulæ cum sua testa tritę ex passi cyathis ternis calefacta po tione per dies nouem dantur. In eadem cu ratione pleriq; per dies quinq; dant in eo/dem modo passi, primo die cocleā unā, se/quēti die duas, tertio tres, quarto duas, qnto

unam, sic suspiria tolluntur. Inflammatis uero pedibus cataplasma ex cicerum faba rum oroborum farinis succoque caulium cõ fectum, præsidium non mediocre affert. Victus ratio tenuis sit, quæque bonam cõco ctionem & moliuntur & accelerant, propi nentur. Sæpe nimirum easdem urinæ diffi cultas ad postremum, puerperio uesicæ cer uicem comprimente fatigat. Aduersum quã millefolium tritum ex aceto bibitur. Plerunque eiusdem destillatio atque incontinẽ tia affligit. Cui ungulæ apri uel suis cinis potioni inspergere opitulatur, leporis cere brum ex uino potui datur eiusdem testicu li tosti æduntur. Anserum trium linguæ in cibo sumuntur. Enimuero uerum omni um parẽs nullum ad hoc tãtum ut pasceret aut alia satiaret, animal nasci uoluit. Quin salutares & uisceribus. (quippe quas surdis etiamnum rebus ubere inseruerit,) artes in seruit. Cocleæ Affricanæ cum carne sua cõ buruntur cinisque earum ex uino bibitur. Eisdem nonnunque magno incommodo al uus supprimitur, quare tunc fel lupi cum e lacterio umbilico inlinit. Cydonia in mel le seruata cruda a ieiunis mandantur. Lac caprinum cum sale & melle potum prodest. Pruna ieiuno ædantur. Porri

capitati

capitati discocti per se in cibo sumantur. Lens non percocta sorbeatur. Mirabolanus (quod est cariotę genus nascens in ęgypto) uino austero tritus & potus aluũ citat mororum maturorum succus potui detur, armoniacum potioni addatur Vlmi corticis tunsi denarij pondus in hemina aquę frigidæ etiam purgat. Hirundinis fimus melle adiecto superpositus. Et item salicis succus ex uino mulso potatus. Thalassomelli sine stomachi noxa iucundissime, purgat, & odore grato, & sapore. Quod sic fieri debet, aquæ marinæ & aquæ cœlestis eadẽ mensura, & mel eiusdem portionis permiscentur. Item panis fermẽtatus magisq̃ si ordeaceus, minutæ aues, coclea, ostrea, & omnes fere conchulæ, maximeq; earum ius, saxatiles, & omnes teneri pisces, aues quæ natãt, caro pinguis ul' iurulẽta elixa ue, crudũ mel, mulsum, temetũ dulce, salsum ue, atq; tandẽ omnia tenera, tepida. dulcia, pinguia elixa iurulenta, salsa, diluta, aluum molliũt. Porro quoniam frequenter grauidis accidit ut propter languores, (quos ante retulimus,) uaria plebis commenta expergĩscerẽtur, eos curare nescientis, qui paucissimis etiam horis repelli possint, mihi oportunũ uisum fuit paucula hæc ualitudinis auxilia

 colligere.

colligere. Quibusdã etiamnum grauidis congeniti pili defluunt paucioresq; reddũtur. Contra qua parte pilos haud habere solebant, ea magis accipiunt, pilorum materia a superis ad ima, inguinum calore retracta. Cæterum utero graues superfœtare neq; fabulosum neq; nouum est. Quoniã omnium maxime animalium, mulier et equa grauidæ initum nouere. Cętera, (utpote quorum natura more leporis superfœtare recuset,) ubi grauida extiterint, mares contemnunt. Verum equam haud unquã superfœtasse cognitum est. At mulieri, (tã etsi in Italia rarum sit.) interdum tamen ut superfœtetur euenit. Ob id qui lõgioribus temporum impendijs post concepti sunt, (altero iam pridem concepto) nihilo quicq̃ profici queunt. Sed dolorem, quo & ipsi, & primus partus intereat præmaturius cõcinnant. Olim ut undetredecim, superfœtata puerperia, corruptione peracta, æderentur incidit. At uero si a primo conceptu secundus proxime molitus sit, paululumq; temporis inter eos intercesserit quod superfœtarit, (quasi gemini nasci uideant) absolui ędiq; potest. Quomõ et Herculẽ, & Iphiclũ cõcreatos esse cõfabulant. Sed & id etiã nũ adultera quadã quę alterꝛ marito, alterꝛ adultero ꝓsimilem peperit compertum est

Superfœtatio

est. Et item Procõnesia ancilla eiusdem diei Proconesi concubitu alterum domino, alterum procuratori eius perq̃ similem egessit. Insuper quom geminos quædam ferret, tertium superfœtauit, quomq; iustum pariendi tẽpus instaret, primos uitales ædidit, secundũ qui obiter diem suum obierit mense quinto ellisit. Altera quom primum in uitalem mẽse septimo pepererit. Mox geminos iusto mẽsium numero uitæ compotes enixa est. Et adhuc alia iusto ꝑtu unũ, alterũ quinq; mensium emisit. Compluribus etiam id euenisse liquet, ut si octauo mense cõcubuerint, partus mucore oppletus exierit. Lac præterea omnem citra mulctram suctum ue ĳs, (ubi illius uberior copia congeritur,) e mammillis effluit. Lactis autem copia facile colligitur. si communes uteri uberũq; uenulæ admodum expleãtur. Admodum sane opplentur si puerperium lactis tantillũ atque pusillum absumpserit id nempe eiusdem imbecillitatis uel præcipuum indicium quorum Hippocrates non ignarus in hunc modum sanxit, Mulieri grauidæ si lac effluit e mammis, fœtum imbecillum Hipp li. 5.
esse significat. At si mammæ sint firmæ Apho. 52
ac solidæ, fœtum ualidiorem esse significatur. Quapropter nec adeo lacte refertas

esse ut sua spōte egrediatur, quomodo nec ita solutas præ sanguinis inopia ut flacceant, sed attrectanti solidiusculas comparere & mediam conditionem seruare oportet. Quocirca & ob similem causam, si muliebria affatim eruperint, tum subinde mēstruam circuitionem obseruauerint, ut partus recte ualeat fieri minime potest. quādoquidem is dilutiore cruentioreq; ex corpore toto in uuluam delata materia ad sui altionem utatur oportet, quod Hippocrates prodidit, Si mulieri grauidæ menstruæ purgationes prodeunt, fieri non potest ut fœtus bene ualeat. Qui nihilominus acuto morbo, quo persæpe uterum gerentes capiuntur perimitur, tum quia ægrotatio fœtum interimit, & item quia alimonia diutius denegata, (alimenti inopia,) is perdit.

Hipp, li. 5. Apho. 30

Iccirco Hippocrates nos admonet, Mulieri grauidæ capi ab aliquo morbo acuto, lætale est, gemino alioquin periculo allato imminente. Et item quia per grauiditatem ualidiora subsidia haud quaq̄ adhibere, aut oppido uictus rationem extenuare medicę rei professis liceat. Quam ob causam & ægrotationes increscant inualescantq; necessum est. Proinde partus merito interdum non perdurat sed amittitur, interdum ue-

uero dum in lucem prodeat, obseruatur. At morbidus tantisper (utpote diutule perpessus,) grauidaque muliere flaccida languida ac denique uieta, non sine periculo enititur. Ego sane postremo ijs unum id incredibile dictu adijciendum duxi. Quod Martia Romanarum princeps utero grauis claro fulmine, (quippe cui ea natura sit, ut dolia intactis operimentis exhauriat, aurum intus sacculis haud quaque ambustis signoque cæræ nec confuso liquet,) icta exanimato partu incolumis ipsa ullum citra aliud incōmodū uixit.

fulmine partus examinatur





PROGNOSTICA CAVSEQ̧
effluxionum & abortuum eorundem
etiamnum numerositas uno abortu.
Molæ indices & causæ. ac ipsius
a partu interstinctio atque
horum omnium affe-
ctuum remedia.



Vlieres quippe utero geren-tes corruptiones interdũ per-pessas eẽ, in medicorum mo-numentis,(utpote quibus ta-lia consectari curæ fuerit,)cu-mulatissime extat. Effluxiões quę intra diẽ septimum corruptiones incidunt(tantisper enim geniturae instar lactis elabuntur). Ab orsus quę primis mẽsibus conceptu exorso fiunt. Abortus quæ prope pariendi eueni-unt tempus,cognominant. Quacq̧ has qui dẽ(grandiore iã fœtu)eiectiões, unde eiecti tię uuluę,illas ṽo quę ĩtra quadragesimum a conceptu diem contingunt abortus,illu-striores appellitare assueuerint. Hinc apud medicę rei professos uoculę hę plerunq̧ cõ funduntur. Effluxionum prognosticon cẽ-setur. Si oris uuluæ labra lęuia extiterint,p-xime enim seminale excrementum delabi ac effluere præmonstrat. Quod solertes peritioresq̧

Effluxiones

Aborsus

Abortus

Labrorũ leuem per ... peritioresq; mulieres inigũt, labris liquida pice illitis, fœtore nanq; uterus resiliens attollitur, quo fit ut ostiolum coerceatur sugilleturq;. Post deinde olibano, absynthio cerusa, ex oliuę oleo illinunt, quæ ariditate eiusdem obturationem commoliuntur, idem, occæcant intersepiuntq;. Eisdem propemodum causis geniturę abiguntur, quibus abortus accitur, cuius equidem ualidissimum uberum præceps deductio index, ut Hippocrates statuit, Si mulieri utero grHipp.li.2. aui, mammæ subito extenuantur, abort⁹ Aphoȝ.7 sequitur. Nam uuluę uberumq; uenulę nõnullæ, (quas ante retulimus) communes existunt, quæ quotiens cruoris tantillum obtinent, graciliores mammula exhibent quamobrem alimoniæ absentia atq; indigentia, nonnunq̃ partu enecto, interdum eo superstite, sed palpitante, ac deniq; membranulas interscindente (quippe cui alimẽtum neutiq̃ suppetat) atq; tandẽ suppetijs omnibus prorsus destituto, infœliciter infœlix mulier aboritur. At quemadmodũ extenuuatis mammulis infans perditũ itur sic & si perditum iturus est, gracilitudo prõculdubio easdem prehendit. Hipp. monen Hipp.li.5 te, Quæ abortum facturæ sunt, ijs mammę Apho 5.5 extenuantur, sed si denuo durescãt, dolor

in

in mammis fatigabit, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, itaq; non facient abortum. Quod autem in propensionis calce proditum est, huiumodi existit, ut ita obduriuscula ubera sanguinis affluentiam & ubertatē, quomodo gracilentę mā mulæ inopiam indicent. Quocirca citra lęsionem, puerperiū ad iustum partū seruabitur opperieturq;. Quod si geminos ferat marem & fœminam, pone Hippocratis sā ctum, Fœtus q mares sunt, parte uteri dextera continentur, qui fœminæ lęua potius, dextra mamma graciliens effecta, marē, læua fœmellam, immature abiectum iri portendit, idq; Hippocrates tradidit in hunc modum, Mulieri grauidæ geminis, si altera mamma extenuetur, alterum āmittit Si dextra mamma extenuuata est, marē, si sinistra, fœminam amittit. Ex tempestatib9 insuper inditia eleganter trahimus. Etenī si austrini flatus, pluuiæq; hyemem occuparint, Ver autem algidum aridumq; extiterit, grauidæ quibus tunc adest partus, ab ortu periclitantur. Quod Hippocrtes noscens, Si hyems australis inquit et tepida fuerit. Ver squalidum aquiloniumq;, mulieres quarum partus iuxta uer properāt properant

Hipp. li. 5. Apho. 48

Hipp. li. 5. Apho. 38.

properant, abortum ex qualibet causa facient, quæ autem pepererint, inbecilles, ac morbidos ędent infantes, ita ut aut stati pereāt, aut tenues atq; ualetudinarij degāt et reliqua. Causas insuper, quę maturius abortum ualide procitare queant, eundē (si præcesserint) futurum indicare, ecquis inficiatur? Etenim si mulier saltibus inhumanius iactitetur, desultetq; īmodice, ac potissimum si resiliat, poneq; saltet, aut ut libuerit corpore sine ratione & modo moueatur si īmaniter et uaste clamet, si obirascatur, atq; supra modum excandescat, si perterreatur ac compauescat; Si parcius cibatum abliguriat, si accidatur ac pręcipue uēter. Si in balneo calidę aquę frigidę ue moram traxerit: Si concubuerit (quædā nāq; sub abortu conceperunt, atq; alterum abegerunt, alterum continuerunt) consentaneum aboriri mulierē extericineosq; exereri cuiq; uel ignaro uideri potest. Atq; exterraneę a medicis eæ causæ nūcupantur, quę quom pene innumerę extent, hęc quæ nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli mīe pretermittēdū censet. Quod odoris spiramēto a lucernarū extinctu, alio ue simili odore abortiuus partus enitatur. Cuius rei aurea ac maiestatis plena Plinij secundi uerba hoc

loco

abortus causæ

loco peropportune afferre haud ueritus sũ quandoquidem an. C. Plinius an potius Hieronym⁹ (adeo christianę fidei quadrãt) ea ipsa exarauerit hiscam. Quibus sane nõ parum multa paucissimis fœlicissima illa sua & inimitabili festinatione cõprehendit. Miseret atq; etiam pudet existimãtem ꝙ sit friuola animaliũ supbissimi origo, quom plerumq; abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. His principijs nascuntur Tyranni, carnifex ijs animus, tu qui corporis uiribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, et te ne alumnum quidem eius existimas sed partum, tu cuius semper in uictoria mens, tu qui te deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti, atq; etiã hodie minoris potes quãtulo serpẽtis ictus dente. Aut etiam ut Anacreõ poeta acino uuæ passæ. Vt Fabius senator prætor in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demũ profecto uitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit, hactenus Plinius. At qui a coitu si sternuerit mulier, abortiuum est: Et item sanguis ex uena missus. Hippocrates, mulier prægnans, inquit, sanguine misso ex uena abortum facit, & magis si fœtus auctior est. Tantisper enim uberiore alimonia indigus san-

abortus à lucernarũ odore

Anacreon

C guine

ſanguine hauſto perdi par eſt. Nec ſolum ſanguine miſſo, uerum et per diuturniores inædias, et item, & per immodicas uacuationes aboriri conſpicuum eſt, & ijs potiſſimum in non opportuno tempore celebratis, quemadmodum in ipſis conceptionis primordijs, ac rurſus quom iam partus perfectionem attigerit, propterea quod uuluę partus, perīde atq; ſtirpibus, pediculati fructus connecti dilucet. Etenim ij ita iunguntur, ut prima ſui generatione, inualidioribus admodum nexibus, quomodo rurſum ſimulac abſoluti fuerint, uieti et languidi ſua que ui decidui, inhæreſcunt, & ob id quantulis ſpirantium aurarum flabris quaſſi, facilime excidunt. Pari omnino uſu, puerperium et primis et ultimis menſibus triſtius utero hęret, hinc uacuatione molita facile proruit. Quod Hippocrates exquiſite īternoſcens, Mulierem inquit utero gerentem purgabis medicamento, ſi materia turget, quarto menſe, et ad ſeptimum uſq;, ſed eas minus, ab recentiore autem & ab auctiore cauebis. Nam intermedio tempore firmioribus coitibus et inſeparabilibus ferme complexibus, et fœtus utero, et ſtirpibus fructus alligantī ānectuntq;. Quocirca ualidiores uacuatiões pariter atq; cōmotiões

Varnationes immodici abortu pariunt

Hipp. li5. Apho. 1

utero

utero grauis citra partus oblæsionem susti nere quit. quanquam nec omnes per id tempus uacuationis egentes arte perpurgari decet. Sed si materia turgeat, quippe quibus per inde atque spontinis uacuationibus grauidas abortu periclitari ubertim constet, commo nente Hippocrate, Mulieri prægnanti si aluus nimium fluxit, periculũ faciendi abortum imminet. Proinde quibus aluus resoluta est, ne abortio sequatur, succurrendum est. Sed cum alia tum illa quoque uentri sistendo dantur. Cancri fluuiales triti ex aqua bibuntur. Satiui ciceris succus in caprino lacte potatur. Ozimum tritum uẽtri inlinitur, halica, uel milium, uel panitiũ, in lacte caprino decocta more sorbitionis, (& magis si hæc ante fricta sunt,) in die sumuntur, itemque ex iisdem pulticula. Vetus panis nauticus tunsus & iterum coctus, (ac magis si ex siligine uel simila sineque fermento sit,) & aqua recte bibitur. In aqua fabe cortices ad tertias decoctæ prosunt, lens ex aqua cœlesti decocta sorbetur. Quin & lenticula cui beta uel plantago adiecta sit, magisque etiamnum si illa prius fricta est, utiliter manditur, uinum resinatum asperũ ue, item meracum, acetum merum, mulsũ ue quod inferuerit, item præfrigida aqua du-

Hippoli. 2 Apho. 5. 4

Ventre sistentia

dura hoc est quæ serius putret, ideoq; pluuia potissimum efficacissime medentur. Mala siluestria æduntur. Aqua in qua pruna agrestia cocta sint bibitur. Siluestrium prunorũ baccę, uel ex radice cortices in uino austero decoquuntur, ut pars tertia decidat, idq; uinum bibitur merum, cyatus unus in die mororũ satiuorum, succus bibitur. Item pira immatura, sorba, mala cydonia & punica, oleæ uel albæ uel permaturæ palmulę, & mirta manducantur, mirtiq; seminis succus sorbetur, merula, palumbus ferus ex posca coct⁹, grus, omnes aues quę currunt magisq; uolent, lepus, iecur ex ijs quæ seuum habent, maximeq; bubulũ ac seuum ipsum. Caseus qui uetustate uęhementior sit, in cibo dantur. Item oua dura magisq; si assa sint. Columbinus fimus cũ melle uentri inlinitur. Anatum masculorum sanguis bibitur. Flores uel cicinni de auellana in furno siccati atque attritti ex uino propinantur. Iuniperi baccę tritę ex uino nigro, hoc est ex nigris uuis expræsso potantur. Flos hederæ tribus digitis sumptus in uino austero bis in die bibitur. Baccæ agrifolij ex uino eodem potantur. Ruborum in quibus mora nascuntur cauliculi ex uino austero decoquuntur, & in

cibo

in cibo dantur. Coclearum quæ uiuæ crematæ sint cinis potioni ex eodem temeto inspergitur. Plantago ex aceto cocta ęditur. Gallinaceum iecur assum in cibo utiliter sumitur. Vrticæ semen tostum pane collingitur. Quare nequaquam mirabile uideri debet, ut ob fortes uacuationes partus amittatur, quandoquidem ob fortem ac ꝑpetē tendorem, (quippe quo & crebra sed irrita desidendi uoluntas citetur, & corpus totum ac potissimū uterus, ut qui subrecto intestino adnectitur, circa quod tentia accidit affatim fatigetur) grauidę mulieris abortio sequatur. Quod Hippocrates plane nouit inquiens, Si mulieri uterum gerenti tentia acciderit, abortus sequitur. Ad hoc uitiū lac bubulum potui datur. Ius piscium maritimorum in patina decoctorum cum lactucis sorbetur, aut pane collingitur. holus discoctū cum sale ęditur. Aquam maritimā pleriq; per se dant, sed rafanos supermandi iubent ex mulso aceto, ut uomatur. Pulticulam siliginis salsam sine oleo ędendā dabis. Emplastrum id (quod tetrapharmacon Græci uocitant,) uentri inlinitur. Liquatū alumen lana circumdatum apponitur, easdem fere ex inferiore parte indita, quæ torminū auxilia sūt, suggerunt. Alternis diebus

aqua, alternis lene & austerũ uinum biben dum est Potio uero quæcq; egelida ac frigi da esse debet. Verum si nec moliamur uacuationes, necq; tenasmos acciderit, sed nocui priusq; conciperet succi collecti fuerint quibus ualidiore præhendente febri prægnans absumatur, aboriri compertum est Hippocrate exarante, Quæ uterum gerentes a febribus capiuntur ualdecq; extenuantur sine causa manifesta, eæ difficulter pariunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. Quomodo etiamnum supra cõmemorauit, Mulieri grauidę capi ab aliquo morbo acuto, lætale est. At quom acuta febri iugiter citra inflãmationem partus interimatur. Quanto causatius si qua inflammatio, ignis ue sacer (& uterum præcipue) infestet, is amissum iturus est. Cuius rei non ignarus Hippocrates, Si mulieris prægnantis uterũ ignis sacer infestat, lætale est.

Hipp. li. 5 Apho. 30.

Cura ignis sacri

Cui terreni uermes ex aceto illinũtur. Alĳ cinis ex oleo & garo inlinitur, rutaque ex aceto & oleo, lens ex aqua marina decocta imponitur. Amurca nigræ oliuæ infundatur herba, sabina tusa, quæ habet folia quasi cupressus, cum melle inlinitur. Oua cocta trita cum oleo imponentur. & betæ folĳs cooperiuntur. Ouorũ trium cãdidũ

cum

cum amili pari mẽsura contritum imponi-
tur. Anseris adipe uitium perungatur. Vi-
peræ caput aridum combustum ex aceto
superlinitur. Spongia ex aceto imponatur
ursinus, aut suillus adeps adijciatur. Fimꝰ
uitulinus bubulus ue, ramenta ceruinę pel
lis discocta, pumice ex aceto trita imponã-
tur. Cæterum ut puerperium quibuslibet
alimoniam absũentibus causis aboriatur
dilucet. Quo fit ut si male habita strigosaq;
& inuber mulier utero grauis, recreationẽ
instaurationemq; requirat, quom sanguis
qui in fœtus alimoniam cedebat ad graui
dę mulieris altionem recipiatur, necessario
inq̃ fit, ob insignem cibatus inopiã, ut par
tus (dum interea mulier gliscit) abortiuus
abigatur, Hippocrate scriptitãte. Quę prę
ter naturam tenues, uterum gerunt, abor-
tum faciũt donec crassescant. At si nulla ex
ĳs causis abortum concitet, qui nihilominꝰ-
nus consequatur, alias quas iterraneas me-
dici appellant (tametsi ex superioribus nõ
nullæ huiuscemodi esse queant) causas ex-
quirere opus est. Et quidem muccorulenta
conceptaculorum ora ad uuluam pertẽdẽ
tia, ex quibus secundæ inuolucrum depen
det, (quæ acceptabula cognominauimus)
haberi consentaneum uideri poterit Hip-

 pocrate

Hippocrate monente, Mulieres quæ medi-
ocriter corpulentæ abortum faciunt secun
do mense, aut tertio sine causa manifesta, ijs
acceptabula uteri plena mucoris sunt, ita
ne fœtum continere possint, sed præ suo pō
dere prærumpat elabaturque partus necesse
est. Aut etiamnum flatuoso spiritu humi-
ditate ue genituras foras popellente. Qui-
bus eclegma de margaritis utiliter datur.
Cancri fluuiales, ex gallinaceo iure poti.
Et item lepusculorum prægnantium coa-
gulum epotum mire prodest. Stellatus la-
pillus aureo anulo īclusus ita ut carnem cō
tingat utiliter portaī, ursina ue ungula col-
lo. Cinis herinaceorum cum oleo perunctа
rum partus contra abortus custodit. In gra
mine uermiculi inuēti collo adalligati, sub
partu, (alias eniti non paterentur,) detrahi
oportet. ac ne in tellure ponantur (ut aiunt)
cauendum. Lapis eatices in aquilæ reper
tus nido partus contra omnes abortuum
insidias custodit. Mulieri prægnanti a pe-
ctore hyenæ caro, & pili septem, & genitale
a ceruice, si alligentur dorcadis pelle, collo
suspensa. Sincera e sue, quæ non pepere-
rit axungia, in abortum uergentes collyrij
modo subdita nutrit. Ibicum cineres cum
anseris adipe & irino, perunctis, si conce-
ptus

conceptus sit partus, continere ferunt. Hi-
stricum cinerem potum. Cancros etiamnũ
recentes uel aridos bibunt Ad hoc. tradũt
ceruas cum senserint se grauidas, lapillum
deuorare, quem in excrementis repertum,
aut in uulua, (nam & ibi inuenitur,) ad alli-
gatum partus custodire. Atq; in corde &
uulua officula grauidis & parturientibus
perq̃ utilia, inueniuntur/recto subinde spi-
næ emplastrum admouetur, quod ex ijs cõ- Emplastrũ
fiet, olei rosacei, myrtini, mastichini ue, sin-
gulorum uncia, ædi coaguli drachma, ebo
ris scobis, cornu caprini, ceræ, singulorum
geminis drachmis. Confice. Bolum arme-
num item ex oleo rosaceo uel myrtino uel
mastichino, illitum, prodest. Aut fortassis
mala temperatura calida absumente, aut fri
gida congelante, ut secundæ inuolucro in
tersciso, uel alia quauis causa partu perem-
pto, ueluti fera (sed mox plura de hęc quõ
mẽbratim historia decurret dicemus e q-
bus ędax atq; acrius uirus mordicum in u
terum trãffusum abortum inuehat. Quod
si enectus partus, pariter atq; secunda exitũ
neglexerint, Salis hammoniaci drachma
aut diptamni ex aqua recte bibitur, aut eti- ad secũdas expulsionem
am boracis mineralis drachma ex uino al- boracis ʒ. j. ex vino datur
bo generoso odorate utiliter sorptui datur

aut asinina ungula suffitur, quę adeo partũ maturat, ut uel abortus euocet. Nec aliter adhibetur, quoniam uiuentem puerulum necat, at de ijs infra capite penultimo uberius dicemus. Numerositas conceptuũ pręterea abortum cit. Cuius rei mira quędam referre duximus. Nam quandam duodecim, alteram duodeuigintiquattuor, septuaginta alteram (omnibus afformatis) abortiuos abegisse fabulosum nõ est. At quod penitus incredibile censebitur, (quãuis me dicæ rei professus non ignobilis prodiderit). Nobilis quędam mulier una centum & quinquaginta afformatos uitæ cõpotes secundis obuolutos præmature abortu egessit. que quõ uermiculos peperisse arbitraretur, medicum acersitum iri iussit, quo præsente diruptis secũdis magnitudine minimi digiti, (compluribus motum habentibus,) centum & quinquaginta partus connumerati sunt. Sed & in Italia septem, & aliam tres, (quod assidue accidit) quam etiamnum nos ipsi nouimꝰ, abegisse certum est. Sed quod iam in prodigiosam miraculorum ammirationem accessit, uiperam mulier prægnans si transcenderit, abortionem sequi produnt. Item amphisbenam mortuam duntaxat. Nam uiuam habentes

in

in pixide impunes trãsire, etiam si mortua sit. Et quo magis miremur si non adseruatam grauida transcenderit, inoxiam fieri si protinus adseruatam transcendat. Ouū etiamnum corui grauidis cauendum constat, quoniam transgressus abortus asperos molitur. Simili modo castoreum fibrum ue grauida supergrediente abortum facere dicitur, periclitariq; partus si superferat. Aliud quippe incommodum haud uerendum minus, (utpote quod abortiões creat) quod mola a nostris, a græcis myla uocitatur, infœlicissimas fœmellas interdum (in Italia frequentissimum,) uexat, quasi non sat sit eas grauissimo ac pene intollerabili parturiendi labore corripi, adeo naturæ in eorum corpore molam gignere placuit, & ne quid usq̃ mali esset, qđ in muliere nõ esset. Enimuero mulieri cuidam quom concubuisset accidit ut se concepisse arbitraretur, quandoquidem & uentris moles interim excresceret fastigiareturq;, & reliqua ex ratione omnia responderent. At pariendi tẽpore iam instante, nec eam peperisse, neq; uteri molẽ decreuisse, sed ad quattuor usq; annos in hunc modum perseuerasse proditum est. Quę postremo intestinorum difficultate correpta eoq; mõ periclitata demū

mola μύλη

carnem

carnem,(quam molam nominitauimus) enixa est. Quin & malum id tota uita plerumque edurat, adeo ut & consenescat & commoriatur. Quæ sane diutius retenta, prodierit, obdurescit admodum (cuius duritudinis, cruditas causa censenda est) ita ut ferri acie (uti ego ipse sæpius uidi) uix transigi queat. Porro uitij huius bifariam causam proponunt. Nam cruentæ materię affluentiam, & muliebrem genituram absque uiri semine, quæ uel somnio uel concubitu proruperit, peritiores (caloris uteri debilitate hæc ipsa comitante) causam sanxere. Etenim natura de uita certante et perficere, finemque generationi apponere nequeunte, incommodum id suboritur Quamobrem quoniam neque omnino alienam, neque prorsus perfectam naturam sortiatur, tota uita, aut saltem longis temporum impendijs asseruari, ecquid prohibet? At cur mulier uitio huic omnium animalium obnoxia est. An quoniam muliebria huic concoquere non potenti, affluentiora sint. Quapropter quom succo difficili concoctu conceptus constiterit, tunc mola gignitur. Idque in mulieribus aut solis maxime fit. Et ad nouenarium interdum accedens numerum in nonnullis. Quo fit ut mulier uniuersa ferme graui

Duritics mole

Obiectio

grauiditatis

grauiditatis indicia, pinde ac ſi pręgnãs fo-
ret præ ſe ferat. Attamẽ duo hęc ita interſtin
guenda ſunt, quoniam mola uel non moue
tur, niſi utero manibus depreſſo, uel ſi (ut
pleriq; rẽtur) meatulis quibuſdam, (quos
habeat) ob ſpiritum in ea ipſa genitũ) hiã-
tibus ad ſanguinis ſuctum, quo icrementũ
recepit, nutu ſuo, ſuaq; lege permouet, ra
renter nẽpe et triſtius id accidit: contra par
tus, & ſuapte natura citra compreſſionem
& ſępius & ualidius dimouetur, & ſurſum
et dextrorſum ſiniſtrorſumq; plerumq; uẽ
trem propellit, qui nimirum in utero gra-
ui mollior, in molã geſtante obdurior. In
hac manus pedeſq; molliores, et corpꝰ to-
tum extenuuatum conſumptumq; magis
& imbecilior uirtus, & iuſti partus tempus
aſſidue pertranſit. Contrà in grauiditate
rem ſeſe habere quotidiano experimento
inclaruit. Cui equidẽ incommodo galba
ni ℈ geminos ex lacte caprino diſſolutos
ſorbere prodeſt. Galbano, coloquintida,
myrrha, ex rutæ ſucco, abdomen recte inli
nitur. Obſtetrix digitũ ex populeonis em-
plaſtro illitum, uuluæ intromittat, eiuſq; o
ſtiũ adaperire quoad poteſt conet. Subĩde
ex galbano, ueratro al. caſto, myrrha, utili-
ter infra ſuffitur. Boracis mineralis drach.

partus & mola distinctio

Curatio molæ

ex

ex sauinæ aqua sorptui recte datur. Croci etiamnum drachma pota proderit. Cæterũ modestiores præsentanea pene quæq; præsidia, quę emortuos puerulos atq; secũdas cieant excutiant extrudãtq;, noxę huic prestantissima fore, haud ῃere inficias. Quorum nos infra, (quantum licuit,) commeminimus. Proindeq; contemplatio hęc ad ipsorum remediorum naturas peropportune nos protinus auferret, ni & alia quoq; non pauca scitu perq̃ iucunda præpropere interpellarent. Quibus oppidoq̃ obsequendũ duximus.



PROCERITATIS IMPROCE ritatisq; partuum causæ, & de mira quorũdam proceritate Puerperij ĩ utero positura tres uuluę potestates. Quo utero grauis properante partu sex rerũ non naturalium regimine quibusq; præsidijs parturitionem facilẽ reddẽtib9 uti queat.



Vosdam præstanti corporis magnitudine partus alios pumiliones, nõnullos ꝓceritate insignes improcera corporis facie alios, obęsos plerosq;, alios graciles. Quosdam inter hos omnes medios, pro locorum capedine, recrementorum seminalium quantitate, alimentariæ materiæ inopia ubertate affluentia ue gigni compertum est. Etenim si uteri spaciositas angusta fuerit, non amplum sed angustum, quod in ea procreatur esse necessum est. Instar fructuum, qui quamquam sua ui suapteque natura grandiores adolescant, in arguto arctioreq; uasculo in suæ generationis primordio coa-

ctí

coacti ac coerciti, excrescere ultra uasilli li-
mites. (eo impediente,) neutiq̃ possunt. Pla-
neq; prepotibus hominum inuentis, prodi
giosis naturæ uiribus abrogatis (cui nihilo
secius imperari audacis est credere,) exole-
scunt. Identidem & de inchoati hominis
magnitudine facile est cuiq; arbitrari. Quo
fit ut nani pumilij ue degẽeres admodum
in lucem prodeant. Subticeo pygmæos
ad extremos Indiæ fines, ternos longitudi
ne dodrantes non excedentes. Hos etiam-
num a gruibus infestari Homer⁹ prodidit.
Quos, (fama est,) sagittis armatos arietum
caprarumq; dorsis insidentes uerno tẽpore
ad mare uniuerso agmine descendere, et o-
ua, tum pullos quoq; earum consumere ter
nis eam expeditionem mensibus perficere,
Alioquin fieri, ut futuris gregibus resiste-
re nequeant. Contra si uuluæ alueus ua-
stior extiterit, modo parentes uberiores ge
nituras suggesserint, ac deinceps alimenta-
ria muliebria tantisper affluentiora affatim
suppetant, maiusculum proculdubio puer
perium efficietur. Sin cauea intercapedoq;
medium obtinuerit, medios quoq; infãtes,
(mõ cætera respondeant) gigni credi par ẽ,
Hinc breuiores quosdam patribus part⁹
euasuros discas licebit. Æquiualentes nõ-

nonnullos longitudine magis euectos pro
ceriores ue alios. Tametsi rari admodum
(seminum ubertatem exustione consumen
te), eam ætate nostra fortunam indepti sint
Quandoquidem & Homerus uates ille iã Homerus
ante annorum prope duo milia & sexcen-
tos minora mortaliũ corpora q̃ prisca usq;
in id tempus conqueri non cessauerit. Nõ-
nullos tamen patribus maiores extitisse cre
ditur. Quemadmodum olim ille fuerat,
cuius corp9, (terremotu ĩ Creta rupto mõ-
te,) stans quadraginta & sex cubitorum in-
uentum est. Et adhuc Orestis corpus, (ora-
culi refossum iussu,) septem cubitorum fuis
se traditur. Sub diuo etiamnum Claudio
Gabbara procerissimus homo, nouem pe
dum & totidẽ untiarum ex Arabia adue-
ctus uisus est. Et sub diuo Augusto Puso-
nius & Secundilla duo ij priori semipede
addito extitere. Quantos eorum parentes
fuisse nusq̃ proditũ est. Nec ab re id quoq;
admonuisse hoc in loco esse quis putauerit
Æthiopas octona cubita longitudine assi
due excedere. In Indiæ locis quibus um-
bræ haud iactãtur ad cubitorum quinum
& binorum palmorum proceritatem ho-
minum corpora adcrescere. Plerosque
alijs eiusdem partibus quinum cubitorum
D longitudine

longitudine euectos tradunt, eosq; non ex- puere, non capitis, nō dentium, oculorum ue, (sed & aliarum corporis partium pauci es ac rarenter tam moderato solis uapore) ullo dolore affici. illic eorum philosophi, (quo magis miremur) quos Gymnosophi stas nuncupant, ab exortu ad occasum im- mobilibus oculis solem contuentes. alter- nisq; pedibus feruentibus hærenus insisten tes, perstant. Illic maxima gignūtur anima lia. Canes cæteris grandiores indicio sunt. Eo loci arbores tātæ proceritatis sunt, quo sagittis superari nequeant. Sub una ibi fi- cu equitum turmas condi. Arundinum ibi singula īternodia alueo nauigabili idoneo ternos interdum homines conuehere illu- striores prodidere. Quantacunq; tamen cuius a uestigo ad uerticem proceritas fue- rit, eam sparsis expassisq; manibus inter lō- gissimos digitos esse obseruatum est, natu- ra in homine orbem undiq; effingente effi giganteque, unde merito microcosmus dici queat. Quantuslibet etiam unusquisq; sit, in trimatu suo dimidiam staturę mēsuram optinuisse haud cuipiam ignotum est. At quæ uis quantitas cuique in utero fuerit in semet conglobatus homuncio sic gestatur

positura fetus in utero

ut

ut nasum inter genua super hæc palma, super has ocellos, aures extra genua habeat. Cui caput primum sursum, facie ad spinã uersa, tergore ad sumen est. At quom increuerit exitumq; appetat, deorsum reclinatur. Egressus huius gratia, rerum parens, (quippe qui in caput cõmodius æderetur) sic situandum in utero duxit. Cui sane uulue quom ternas natura uires indiderit. Primam qua genitale uiri hauriat, quam attractiuam cognominant, secundam qua contineat quam retẽtricem appellant, tertiam qua partum secernit, quam expultricẽ nominant, altera alteri quã opportune & miro quodam ordine cedere uisitur. Nam quom attractiua suo persuncta est munere acquiescit, atq; retẽtiua functionem implet suam, quæ circiter nouem mensium tractũ mature (rebus decenter gestis) finitur, quod si incõmodum circa fœtum eius ue inuolucrum acciderit, p id temporis spaciũ haud quaq̃ opperietur. Sed ocius uti opus fuerit ab illo desistit officio, ac expultricem uim, (utpote quę antea ociosa fuerit) ut proprio fungatur munere euocat excitatq;. In quo plurimũ naturæ sagacitatem atq; industriã admirari conuenit. Quod si nullũ inciderit uitium, tantisper donec ad nouem menses

 uel

uel circa uentum sit interquiescit. Exinde exurgit, proindeq; uteri os dehiscit, quo tẽ pore ut paulo antea diximus, partus iã grã dæuis palpitans ut in lucem prodeat infe rius ducitur. Quamobrem properante par tu uiginti dierum tractu, eiusdẽ difficultas, quam plurimæ causæ moliri queunt, sic e mendanda censetur. Principio mulier ad monenda est, ut ædificio perlucido aerem calidiusculum habente habitet, in delicijs lę tamq; uitam degat. Somnus, uigilia longi or sit, pinguibus carnibus, passulis, caricis, cariotis, molientibus oleribus, uescatur. Vina neq; generosa admodum, neq; dilu tiora, alba prædulcia potui dentur. Carni um iura pinguia sorbere utile est. Gestatio nes etiamnum, naui uel in portu, uel in flu mine, uel in alto mari (utpote quæ uehemẽ tiores sint,) aut uehiculo quæ acriores, aut equis, usui sint Ac sese mulier alioquin pi la ambulatione ue(quæ quidẽ si non utiq; plana cõmodior euadet, quandoquidem ascensus descensusq; quadã uarietate cor pus longe magis quatiat,) cursu præterea, exerceat. huius quippe exercitationis. rectæ magisq̃ flexuosę, & sub diuo in umbra(nõ apricis locis) quã parietes aut uiridaria iact ent, finis citra fatigationẽ lassitudo statuẽda est.

Parturitis lex vitae

est. Concubitu per tempus id assidue utatur.

Eadem ratione partus difficultatem mulcet, eclegma quod habet dactylorum uncias tris, Mucilaginis seminis lini, mucilaginis seminis cotoniorum singulorum semiunciam, Seminis pęoniæ cinamomi singulorum drachmam. casię ligneæ, croci singulorum semidrachmam, pulueris peucedani obolum, ossis de corde cerui grana sex. ijs cōtritis zuchari albissimi ex aqua sauinæ dissoluti, quantum satis est ad ea molienda atq; cogēda adijciatur. Fotu eadem lenitur qui ex ijs constet. florum camomillæ meliloti q;, foliorum maluarum ac bismaluę & uiolarum singulorum manipulus, Seminū lini, seminum cotoniorum, fœnigręci, singulorum uncia, Radicum liliorum alborum manipuli bini. Hæc quom ex aqua ad tertias deferuerint, exinde abdomen ac spina una utiliter ea aqua fouentur. Deinceps adipis anatis, olei liliorum alborum, olei sisamini singulorum uncia, mucilaginis seminis cotoniorum, mucilaginis seminū lini, mucilaginis seminum altecę mucilaginis fœnigræci singulorum semiuncia ex cæra alba recte inlinitur. Balneo uti fortassis non parum prodest, quod consulto prætermittimus. Caninum etiamnum lac epotum

 efficacissime

Eclegma

fomentū

vngtū

Balneū

Caninū lac

efficacissime maturat. At tria illa quæ nos
ipsi quottidiano experimēto præcipua prę
sidia obseruauimus iugiter diebus singu
lis ad partus usq; diem usui sint, quāq̄
facilior enixus censetur, siquidē
tam grauidæ mulieris cor-
pus, q̄ pueri ualidius
extiterit.



QVO MENSIVM NVMERO quo ordine, quid interim obstetrice agente partus ædatur. Quibus præsidijs partum acceleramus, quibusq; secũdas, & emortuum foetum pellimus. Quo demum pacto enixus puer pellucẽdus uinciendusq; est. Cuius lacte primũ lactandus. Qualisq; nutrix eligenda.

Cur septimo sole, cõmuni usu nomina imponantur. Quo tempore dentiat & remedia.



INsigne inter eximia naturæ miracula, & cui aliud ullum neutiq̃ comparari ac nihil æque conferri possit, illud unũ supra modũ emicare creditur Qd' quõ nouẽ mensiũ tractu uteri os artissime obsępit ac sugillauerit, exĩde ptu pfecto suopte ĩgenio nõ mõ idẽ uuluę ostiũ adapiat, uerũ & pectinis ossis spectatissimã (sua ui reluctãtis resiliẽtisq;) cõserratã (suturã, ut ita dixerim) nõ sine ppessę mulieris grãdi incõmodo, adeo obiugat. ut infans citra noxã ĩgenue ędi queat, ędito mox seiũctas (pectinatim coituras) oras reuinciat, aliud etiãnũ mirabile uuluę artificium extat, quod in ipso enixu, ĩmũ sui propius ori (quoad potis

 est)

est partum foras abigens subnixe accedit Vna autem & cum eo operi huic patroci nantes, continuae partes quae ueluti latera sunt, foetum premunt ac circumexpellunt Quamobrem plerisque mulierum, ob uiolē lentam praessuram, (uulua excretiua ui in= modice perfuncta,) coacti uteri excedere. Si mile utique ei quod in palaestris, palaestritis euenit. Quom enim alios euertere submit= tereque totis uiribus studēt, immodice inixi simul cum ijs prosternuntur. Vuluas autē procidētes potu, uel suffitu, uel subiectu, ari= stolochia maxieque tenuis, inhibet. Necnon cupressi, costi, spicę celticę, & nardi, myrrhę rosarum, baccarum, myrti, balaustiarū, ca= licum glandium, sorborum, mespilorum, ęquis portionibus tusorum, ex uino nigro austero decoctum, insidentibus maxime prodesse compertū est. Mox siccatae uuluae, ga gatis, thuris, balaustiae, gallae, antimonij, acaciae, aluminis, baccarum cupressi, pari pondere, subtiliter attritorum puluerē, ap= prime obsipa. Demum manibus dexteri tate eā inige, munimentisque coerce. Ex qui= bus quoque et suffimenti, pari usu nō inutile ad uuluas praeclare cohibendas genus ha= betur. Vuluas etiam procidentes, butyrū infusum, sistere tradunt. Fimi e mare bo

boue

boue suffitio reprimit, arietis uellera suffitu eum usum præstant. Sed quo nam mensium numero reclusiones hasce natura moliatur, peritiores etiamnum ambigere dilucet. Ob id quom cæteris quidem animantibus & pariendi & partus suos egerēdi tēpus statutum sit, Mulieri unæ incertum ac multiplex datum esse cōspicuum est. Quo fit ut homo toto anno, & incerto spacio enitatur. Alius namq; mense septimo, alius octauo, alius nono æditur, at qui ante septimum, haud unq̄ uitalis est. Qui enim septimo mense abigit, primus hic, (quanq̄ morbidior,) uitalis exit, non nisi pridie postero ue plenilunij die, aut interlunio conceptus Hāc profecto primam humani partus perfectionem quasi quidā maturitatis arbiter (usq; eo fœcundus extitit,) senarius numerus absoluit. Etenim ratio subasciti senarij numeri multiplicationem procedens, septem etiamnum menses (fœtationi alioquin frequentiorem nouem mensium, certo nihilosecius numerorum modulamine usū natura constituente,) obsoletius usurpari pepulit. Nam duos numerorum omnium primos cubos a pari octonarium, ab impari uicenum septenum & hunc marem, illū uero fœminā q̄ breuissime absolutissimeq;

 antiquitatem

Septenarii numeri re ligio

antiquitatem expressisse inclaret. Coeunti-
bus ijs quinq; & triginta contexi aperta ra
tione constat, hæcq; sexies multiplicata de-
cem & ducenos,(qui dierum numerus sep
tenum proculdubio mensem claudat)con-
creare & inconfesso & luce clarius est. Qui
equidem septenarius numerus, quantæ re-
ligionis quanteq; potentiæ apud priscos
fuerit ipsi uiderint, huic uirginitatis opini-
o,(utpote qui duplicatus nullū ex sese, qui
intra denarium primum numerorum limi
tem coartetur, numerum pareret) usq; adeo
Pallas
exoleuit, uti Pallas quoq; uocitaretur, quia
perinde atque Minerua uno duntaxat pa-
rente nata, solius monadis fœtu processisse
perhiberetur. Mitto celebratissimam illam
triplicem huius contextionem. qua sane a-
lium nullum numerum tam uaria maiesta
te esse fœcundum conspicuum est. Mitto
mundanę animæ ex hoc ipso primam ge-
nerationem, ac cętera quęq; quę sanctionis
nostræ modū, oppido q̄ excederent. At q̄a
tractatus noster quicq̄ semel ingressus non
facile sine culpa alio digrederetur, hinc ad
partū a quo digressi sumus redeamus, quē
imbecilliorē, atque admodū. Quā q̄ effœtū
per id tempus extrudi in aperto est. Quo-
circa fasciis alligat̄, atq; cunabulis et lana ijs
obuoluit. Cui

Cui interdum infissi, aut aurium, aut nariꝫ um, meatuli gignuntur. At accrescenti puꝫ erperio, & digestę dearticulanť et conncinꝫ ne suam formam recipiūt. Sed & plerosq́ꝫ septimo mense natos, & uixisse & adolouiꝫ sse compertum est. Quin etiam & mense octauo translatitium, in Ægipto uitæ compotes gigni traditum est. atqꝫ aliis quibusꝫ dam solis, ubi mulieres fœcundiores ualidioresqꝫ extiterint. At Italię locis haud quaqꝫ superstites sunt, itaqꝫ non solum mense octauo nati haud uiuunt, sed etiā ipsis interꝫ mortuis, periculum nō mediocre, quę paꝫ riunt subeunt. Nec desunt qui huiusce rei causam nō inmodicum Saturni algorem siccoremqꝫ inanissimo commento refellat, quando tamen qui a Saturno Saturnii nū cupantur, & optime degant, pleriqꝫ & maxime ualeant, Nos Hercules cū Galeno lunę circuitibus pene septenis, septenis mēsibꝰ peractis, nihil quicq̄ inde puerperio defutu turum existimamus, quippe quod sarcte p̄ id tempus cuncta assecutum sit, ob id in luꝫ cem prodire totis uiribus, periclitari quæ ubi materia deficiente supersint, septeno mense, fœtetur necesse est At ubi materia & uires ęqua sorte sese contexuerint oppe rietur, iustoqꝫ partu enitetur Ex aduerso

ubi

ubi materia redũdans, uiribus uietis ac flaccidis compareat, septeno ortum mense pertẽtat, octauo tenue ac morbidum ita ut statim pereat extrudatur operæpretium est. Quo parente incõmodo uexata plerunq; ad immanem mortem, immaniter compellitur. Vnde fit ut si quis uitę compos euadat, non octauo mẽse natus ęstimatur, quãuis iam quidem & in Italia tales partus uitales fuisse plerisq; prodiderint. At nono mense, in caput, exquisite parente perpurgata naturalissimus fit partus. Qui uero diuturniores nasci, quam nono mense (utpote decimo, undecimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimoq;,) peruicaciter asseuerant, me iudice plurimum hallucinantur. Etenim conceptus initiũ mulieres plerunq; delitescit, ac præterit, ut siquom ante uterũ, (ut sæpius accidit) intumuerit fastigiatusq; fuerit. post deinde concubuerint & conceperint id sane sui conceptus initium, (utpote quod similia inditia attulerit,) constantissime spreta repudiata calcataq; aliorũ quorumcunq; reputatione arbitrantur atq; rẽtur. Attamen ad decimi undecimiq; mẽsis initia usq; nonnunq;, (tametsi rarenter,) uentum esse, fortassis nec rationi dissonat, neq; priscorũ opiniõibus ingruere uidebit

Quinimo

Quinimo,(si ipsis credimus) id ipsum fate amur oportet, quandoquidem spatia hæc ipsi ita digesserint, ut afformationis tempori duplo adiecto moueatur, (ut antea monuimus) Quo nimirum duplato, cum duobus ĳs primis spacĳs. Aut motus tempore triplicato, primo illi afformationis tẽpori iuncto, quod est primum afformationis tẽpus, septuplare iustum pariendi tempus cõsit. Verbi gratia. Triginta diebus afformatus, sexaginta dierum spacium, (illi duplũ,) additum, nonaginta dierũ numerum implet. Quo dierum numero puerperium mouebitur. Cui si centum & uiginti dierũ tempus (sexaginta dierum tractui duplum) adĳciatur. Mensium sęptem numerus, quo partus tempore in lucem ædetur exurget.

Vel sic si triginta afformationis diebus statutis, sexaginta dierũ, (quippe quod motionis tempus sit,) numerus triplicetur, centum octoginta dierum numerus conflabit Cui triginta primis solibus adnumeratis ducenti & decem dies assurgẽt, qui septem duntaxat menses constituunt. At si computatiõem breuius assequi uelis, primum afformationis tempus septuplato, ĳdem enim mẽses proueniunt, ut cuiq; liquet. Quibus nẽpe diligenti examine reputationibus

exactis

exactis, Partus qui triginta dierum tractu afformatũ septimo mẽse, Qui trigĩtaquinq; octauo quinq; noni mẽsis diebus adiectis, Qui uero quadraginta dierum numero afformabitur mense nono, & decimi decem solibus peractis, Qui quadraginta et quinq; (maximus ac productissimus afformatiõis terminus, et ob id nemo diuturnior alter nasci potest). Decimo quidẽ mense & adhuc undecimi diebus quindecim elapsis, eniti par est. Qui uero intercidentibus dierũ numeris sui formationem sarcte assecutus est, intercidentibus pari usu mensibus in lucem prodibit. Quo fit ut alij in mensium initio, alij occidente mense, in medio alij, Alij initio, fini nonnulli propius. Alij inter diu, noctu alij, ut afformatio nõ unum sed uarios, nec illos quidem perpetes (quando quidem haud semper dierum numero cõpleto at iugiter die alterata initiata dimidiataq;,) fines optinuerit, nascantur. Hinc profecto tanta nascentium (quæ non minus superiori reputationi respondeat,) temporũ diuersitas contigit. Sunt qui adeo certam parturitionis tempestatem ita monstrasse arbitrent, ut inani delibuti adorea, priscos etiamnũ aculeis cæcutiẽtes ipsi tangere, (in q̃ summũ recẽtiorũ op9 diu fuit) auferint, ceu uero

uero non alij huiuscæ doctrinæ ueri culto-
res extarent, quādo tamē auctores rei huic
diuersis in locis uaria obseruando, mox in
ijsdem diuersa prodendo, (raro unius sentē
tia cum alio congruente,) difficultatem nō
uulgarem addiderint. Quorum sane, (ut
mihi persuasū habeo,) languida flaccidaq;
auctoritas facta est, ac paulatim in sterilitatē
(eualentes gnaros consulentibus) maiestas
prorsus emarcuit. Accedit quidni confessa
temporum motus obscuritas, nunc præue
niente nec paucis diebus (quorundam præ
sagio,) nunc postueniente. Primum igitur
omnium dierum ipsorum puerperij quie-
tis subindeq; motionis numerus, unde fœ-
tificandi termini ceruissant, prope inexplica
bilis est. Aristotele circiter quadragenum
diem motum augurante. Hippocrate illi-
cet interdum fabricæ tempus triplicante,
nonnunq̄ duplicante. Ita fit, ut fere cer-
ta horum omnium tempora tradi non pos
sint. Ex quo illud ꝓculdubio euenit, ut nos
ipsi ijs commentationibus hucusq; addu-
bitare non cessauerimus. Idq; ne nobis tan
tum accidere putandum. Nā et alios quoq;
circa hæc sagatiores reputatio assidue fefel-
lit. Porro cœlestem fœturæ præsagitionē
imperitiæ nostræ spes ardua immensaque

misceri

misceri posse, attamen prægrandi doctrinę emolumento contemplanda. Prius nihilominus temporum mot9 difficultas, quam eius scientiæ periti, subtiliter ista, (ut par erat, consectati, pro naturæ hominum nouitatis auidæ more, arctius excubantiusq; ad aperuere, contemplationi subijcienda est, quo exinde lętiora motu mens discedat, & facta prædiscat, quæ futura agresties litterarumq; expertes pręnosci posse minime norint. Veram igitur rei creparæ secum naturæ argumentum asserentem interpraetationem, et tum Hippocratis nunq̃ satis laudati, tum Galeni obseruationem nobis sequi magis libuit, quandoquidem hos uniuersa hæc statis temporibus obtingere prędixisse haud incongnitum habeam. Id protinus in hac contemplatione interuenit cõceptæ spei ordinem interturbare uisum. Aristotelem homunculi motus quadragenũ diem præsignasse, quippe qui paucis momentis q̃ absolutus sit, adeo ualidũ robur sibi cõtinuo uẽdicet, sitq; & fabricæ & motionis iuge tẽpus. Mirũ nempe dictu, ut qui modo informis, indigestaq; moles pręesset mox iã breui tẽporis curriculo pręmoueatur Hoc qui nõ meminerit trifariã sese foetũ uibrare cõcipi posse, miret̃. Aut.n. suapte

natura

natura nullo uibratiũculas perparuulosq́;
ictus,(utpote admodum q̃ abditos,)sensu,
atratione dũtaxat attingente,im mouetur,
quam nimirum naturæ penetralia rimãtis
perquisitionem esse quis inficiatur? Quo
equidem modo Aristotelem sanxisse con-
stat. Etenim ecquis adeo male animatus au
torem alioquin grauissimum, uix cõceptũ
absolutumq́; partum, non nisi leuissimo se
dimoueri motu, delitescere opinetur? Im-
mouetur profecto, quoniam ei & motrix
animula pariter atq; uis insita sit. Is demũ
ob id q́ uieta fœmella calidior, & humecti
or minus(quę certe quantum pręsidij, quã
tum ue patrocinij præmaturiori motui af-
ferant, argumentis præterq̃ nuda auctorita
te deprehenditur,)mas iure censetur. Aut
usq; adeo exiliendi uigorem indeptus est,
uti & emoueatur & cum materno & in-
timo, tum etiam alieno exterraneoq; sensu
saltiunculæ apertissime concernant, quales
profecto Hippocratem puerperio afforma
tionis tempus ter repetẽtem asciuisse plane
credimus. Quæ res q̃q̃ sensilis, iccirco ad
medicum spectans, quia tamen nihil ad fœ
tificationis uaticinationem proficit, ideo o
mittenda. Inde sectæ illius,(quam pauloan
te prætexuimus)orsi sectatores fundamẽta

E (quantum

(quantũ mea fert opinio) iecere. Eo (ni fallor) quod ab Hippocrate proditur, partum a conceptu tertio mense, qui primo fabricatus est, dimoueri quarto, paulo ue tardius ubi quadrageno secundo die absolutus fuerit decepti. Quamuis nullibi apud ipsum ex hoc ipso motus tempore partum augurari liceat, quoniam hũc quidem, terno deno mense, illum uero nono, prælato dierũ motus comptu, cum eo qui ad fœturã attinet ab eodem autore epidimiarũ uolumine sancito collato, natum iri fateri cogeret. Ipso nihilo secius, triceno quino die afformatũ, mense septeno, quadrageno quino nono, in lucem erumpere monente. Quapropter hæc uel ratione contra itam spectatos uiros (quo secius uetustatis artium parentis reuerentiam admodum quam insolenter uerberemus) ueri conscios excipisse, uenia sit. Aut postremo inter utrunq; motus intelligitur, non quo abditus prosus delitescat, non quo extimus tactus, alienusq; uisus plane incognoscat: At quo fœta dũtaxat (utpote quæ molliter icitur) diligenti animaduersione adhibita, non adhuc cæteris motione externis fœnerata præsentiscat
Quomodo Hippo. quosdam septuageno nonageno plerosq; partꝰ ꝑmouisse, cuiq;
commemorass

cõmemoraſſe liquet. Neq; eatenus fabricæ ſpacium triplicaſſe opinandum, quatenus nonagenum dierũ tractus, tricenos ter cõprehendat, quandoquidem idemtidem de ſeptuagenum ſpacio concinna uerborum ſerie perhibuiſſe annuere operæpretium eſſet. Aſt quis illi ſubtriplum (quod afformationis tempus ſtatueretur,) uicenum trium ſolium, & diecułæ partis tertiæ tractum nõ nouit? Ecquis deniq; in uetuſtiſſimi medici decretis, puerperium tam anguſto dierum lapſu fabricatum iri unq̃ lectitauit? Quo fit, ut et qui nonageno ſole, eo quem modo prædiximus, uibratur quadrageno quino afformari, & qui ſeptuageno, triceno quino, ſarcte præmonſtretur. Vnde fabricationis tractũ eo autore duplari ad ſaltiunculas motiunculaſq; explorandas prænoſcendaſq; in propatulo eſt. Quod equidem Halyabas oppido q̃ liquido expreſſit

Itaq; cuius triceno fabrica ad integrum pfecta eſt, ijs ſexageno ad maturiorem aſcitꝰ motionem præſciri poteſt, cuius uero triceno quino ſeptuageno. At deinceps unuſquiſq; motum fabricaturæ tempore bis repetito haud dubie auſpicatur. Quo ſubinde triplato, (quod eſt primum formaturæ tempus ſexcuplare). Hippocrate, Galeno,

Halyabate fœturam constanter præsagire
Macrobi ualemus. Quare non inepte Macrobius locuples auctor in utero futuri partus discretionem Hippocratem dignosci sanxisse, cōtra q̄ recentiores medicæ rei professi senserit, citauit. Quippe q eo dierū numero, quo conceptus præmonetur ter multiplicato, (ut si nonageno sole nono mense, si septuageno septeno) partum foras excerni multo uigilantius obseruauerit. Idq; principio in hac reputatione præcellere (quod inter omnes conuenit,) perpetuo quisq; nouerit.
Non in ipsis temporū articulis, at plerunq; præproperæ, interdum præposteræ fœtifica tione hæc ipsa pro cuiusq; natura, ui, alimētoq; euenire, magno argumento, quoniam mas fœminaq; discrimine illo, proculdubio dissentiunt, q eodem nascituri mēse protinus ab initio mas, fini propius fœmella pene extruditur, quandoquidem hæc tardius ille maturius, (ut rettulimus) maturescat, hic robore uiget, illa suopte ingenio uieta languidaq; flaccet. Quas ob res marem ocius, fœmellam serius ædi par est. Nec te remordeat Halyabatem post triplicitatem, partū elidi exarasse, quoniam de partu fœmella excidua intelligendum est, alioquin auctorem sibi ipsi aduersaturum quādoquidem
nascituram

nascituram septimo mense puellulam, trice
no quino die fabricatam antea prodiderit,
quam non post, quinimo intra ternam tē-
poris motu, (quippe quod septuagenū die
rum tractu præfiniatur) multiplicationem
fœtari nemo quisq̄ eat inficias. Ex quo e-
uenit ut illud magnopere custodiēdum sit
præcocibus maribus post ternam repetitio
nem mēsisq; initio propiorem, serotinis fœ
mellis citra eandem finiq; q̄ citimum, (seri⁹
formaturam nactis,) ortum fieri. Idq; a dili
gētioribus obseruatum euelatumq; excipi-
as. Porro marem qui triceno sole afforma
tum iturus est, & fœminam quę triceno q-
no, (siquidem longioribus temporum im-
pendijs ad munus id ut monuimus expien
dum indiga sit,) hoc ipso comptu obserua
to, septeno mense suboriri hancq; septuage
no sole, illum sexageno motu potiri certū
est. Octono mense in lucem prodituris, ma
ri quidem septuageno die motio, fœmellæ
octogeno. huic quadrageno fabrica, illi tri
ceno quino peropportune conceditur.
At mense nono nascituri, mas quadrage-
no, fœmina quadrageno quino fabrica-
tum itura est, hanc nonageno, illum octo-
geno ad motum uires excipere obserua-
tum. Ob id Galeno partum quadrageno

 afformatum

afformatum, octogeno præmotum, haud esse superstitem enuntiante. Non de mare, quippe qui nono mense uitæ compos exeritur, at de fœmella quæ octauo mense, proindeq; morbida ac minime uictura extruditur prodidisse existimandum. Demum marem qui quadrageno quino afformatꝰ uisit, nonageno uibratus, deno fœtari mense (allata reputatione) perspicuum habetur Quo nasciturum fœmellam mense, cēteno sole præmoueri, quinquageno fabri ā moliri operæpretium fore in aperto est. Simili quoq; modo partus intersitis diebus & afformationem assequi posse, & eandem ꝑ cuiusq; natura tum motionis, tum fœtificationis rationem sortiri non negauerim, quibus & fabricandi & nascendi stata nec rationis incompertæ tempora esse palam est.

Etenim ij naturæ non ignotam legem, etiam si nec dum cōmemoratam optinent subeuntq;. Sed quo nam pacto mas fœminaq; uarijs fabricari, uarijsq; moti temporibus, eodem nihilominus mense in lucem erumpant dubitationem habet. Iis uero q exactissime eorum quæ retulimus meminerint, nulla penitus ambiguitas, nullaq; mentis distractio. Nam & si mense eodē conascant̃ dispari tamē sorte, quādo hęc qdē fini

ille uero initio propius, quam certe ortus uarietatem, priores antedictæ haud dubie pepererunt. Hi termini sunt, in quos fœturę tẽpora (exterricineis non etiam ignota) periti examussim digessere. Et q̃q̃ uaria in hoc uitæ pro cuiuslibet animo sententia. Attamen quicq̃ noua inquisitione perdisci ueterum inuentis omnino calcatis opinari cæcæ subtilitatis est. Nec quispiam miretur in partuum quoq; interpraetatione eo scientiam profecisse, uti uentura etiamnum finito die præcinant, quando ijs longe peritiore, uentuq; magis ardua, (de quibus obseruationes prodiderint) exquirere semper curæ fuerit. Quæ tamen haud æque in priscorum diligentiæ admiratione animũ agunt atq; ea herbarum quadrupedum pabulo prorsus intactarum, seclusa, quę inuia montium culmina, abditas solitudines omnisq; terræ fibras scrutati, ad salutis usus uestẽtes inuenere, quęq; eosdem nimirum deorum numero addidere. Cæterum scrupulosius hęc q̃ instituto fortassis operi conueniat tractaui, quæ non minus, tam & si ex priscis præcerpta, (ut rerum naturæ libuit,) alijs cærta, alijs dubia, alijs approbando, plerisque damnanda facile existimemus. Nos uero ea ratiõe haud perterriti sopitisq; cętera

quę

quæ in ijs memoratu digna extant commi
nus ad hæc gnauiter exequemur. Igitur qua-
cunque hora uterus puerperio iam grande-
scenti uberem, (utpote qui emunctus sit,) a-
litum haud suppeditare quit. Quo etiamnum
tempore haustus a parente aer (affluenti e-
uentatione indigo,) minime suppetit, & ac
ceptabula quæ primo conspicua fuere, sub
indeque minora redacta abolentur atque ex
toto oblitterantur, partus aliunde tum ali
moniam, tum euentationem quæritans, ad
exitum sese conuertit & parat. Hoc ipso tē-
pore mulieribus uehementissimi labores,
& multas quidem in partes, in alterutrum
fœmur plurimis, alijs in lumbos, (quæ uix
pariunt) quibusdam in imum uentrē (quæ
facilius) incumbunt. Iisque potissimum, quæ
stabiles & sellulariæ, & quibus non bona
latera sunt. Quibus etiam spiritus retinēdi
facultas aut nullo modo aut tristius suppe-
tit, incidunt. Quos quom primum mulier
præsenserit. Dictami folia ex aqua prçclare
dātur, unius oboli pondere. Si etiamnum
emortui in utero infantes fuerint, sine puer
peræ uexatione protinus reddi constat. Si
mili modo Pseudodictamum sed tardius
prodest, ciclaminos adalligata Cisāthemcs
epota. Itē Betonicæ scobes ex aqua mulsa
eundem

eundem præstant usum. Omnia proinde hæc, atque scordotis succi drachma in aquæ mulsæ cyathis quattuor partus accelerant. Cinamomi etiã & castorei, mirrhæ, styracis, sauinæ, singulorum scrupulus ex melle utiliter lingitur, a linctu hora, boracis mineralis ex albo temeto odorato drachma recte sorbetur. Ex sorptu (ni partus eijciatur) geminis horis croci drachmæ binæ ex mero albo commode bibuntur. Abdomen artanitæ succo illinire mire prodest, asparagi radix fœmori alligata. Quæ omnia, (ne sanguis immodice effluat,) partu enixo abijcienda sunt. Quin & ex eiectis capillus illigatus celeritatem facit. Partus etiamnũ accelerasse (ceu uero id uerum esset atque nõ fabulosum,) produnt. Si ex quo quæque cõceperit, cincto suo soluto fœminam cinxerit, dein soluerit, præfatione adiecta se uinxisse, eandem & soluturum, atque abierit. O rem, (ut reor, nec hallucinari puto,) spectatissimã risu, uix enim quędã magorũ cõmẽta serio cõplecti cõtingit. Nec secius difficiles partus cõfestim solui autumãt, quopiam tectũ in quo sit grauida lapide missili ue, ex ijs quæ singulis ictibus tria animalia, hominem, aprum, ursum, interfecerint transmittẽte. Quidni uitę remedia in miliũ

milibus annorũ non reperta demonstrasse irridere est. Idemtidem uelitarem ab hominis corpore euulsam hastam (modo terram non attigerit) illatam probabilius moliri. Adipe e hyenę lumbis suffiri difficulter parientes, & q̃ mox parere. Quomodo et eiusdem lęuum pedem parturienti superlatum funebre existimant. Ex aduerso dextro illato perq̃ facile ocissimeq; eniti. Itidem & ĩis ex illius spina ossa salutaria cẽsentur. Chameleontis lingua adalligata puerperiĩ pericula tollit Eundem quoq; parturientibus circa domum salutarem eam. Sin domib9 inferatur perniciosissimum prodidere. Carnes lupi ędisse pariturisp 1odesse ferũt, aut si parere incipientibus, qui adęderit iuxta sit, contra eundem superuenire exitiosum, lacte suis poto cum mulso mulierum fœturę adiuuantur. Atq; fimi e mare boue suffimento. Membrana e canum secundis (si tellurem non pertingerit) partus euocat. Quę anserinũ fimum cum aquę cyathis duob9 sorbuere, aut ex utriculo mustelino per genitale effluentes aquas facilius eniti creduntur, gustatu quidem turpe probrosumq;, effectu uero perq̃ utile. Cocleæ in cibo sumptę accelerant partum. Amphisbena uel mortua idem pręstat. Anguiũ senectus

lumbis

I d experientia [illegible]

lũbis supilligata ꝓtinus a puerpio remouē da. Dant et in uino bibendũ cum thure, alioquin sumpta abortum cit. Bacculus quo angui rana excussa sit, parturiētes adiuuat atq; pœnna uulturina pedibus subiecta. Item siluri suffitu præcipue affrici faciliores partus fieri dicunt. Mirũ et quod de torpedine inuenimus. Si capiatur quom luna in libra fuerit triduoq; asseruetur, sub diuo faciles partus facere, postea quotiens inferat auxiliari. Et pastinacæ radius adalligatus umbilico si uiuēti ablatus sit, ipsaq; denuo in mare dimissa idem moliri existimatur. Vbi etiamnum partus strangulet, cācri ex hysopo poti præclare adiuuant. Deinceps ijs aut omnibus, aut quibusdam ut cuiq; libitum fuerit ita molitis perspicacis igenij spectatæ intelligentiæ, atq; expertæ peritiæ obstetrix aduocetur, cui non mox mulierē exurgere, in sede ue collocare cura sit. At prius uteri ostiolũ quod equidem cunctim dehiscit pertingat sensimq; præmendo minimum digitum inigat, subinde iam (paulatim tamen) magis ac magis os dilatet, qd' fatiscere perpendens, emplastro de mucilaginibus supra prescripto capite septimo uteri ceruicem, (ut lubrica reddatur ac ductilis magis q̃ facilius partus exiliat,) uberrime

uberrime illinet. Quam ubi induratam cō periat, bubulum fel, rosaceo admixto inij-ciendum est, uellere foris cum resina terebi thina imposito, eximie adaperiente. Qui bus ad eiusdem transitum hiantibus, Gra-uidam attollere, in sedecꝫ collocare confe-stim iubeat, atcꝫ ut prompte infantem ex-pellere tentet, eidem blandis uerbis persua-deat. Est autem munus id, quod ex se ipsa parturiens adijcit, non uuluæ (quandoqui-dem antea illius iam meminerimꝰ) sed mu sculorum uentris, quos et ad excrementa secernenda nobis cooperari inclaruit. Ple-runcꝫ uero diluta palidiusculacꝫ sanies si mas natum iturus est, cruenta fœmina prę fluit. Cęterum maris ac fœmellę partus dis crimine illo interstinguntur. Quoniā huiꝰ partus tardior, dolores etiam coutinui ac perpetes, sed obtusiores, illius celerior simſ et facilior ac acriores et longe molestiores dolores. Equidem per tempꝰ id respiratio pariter atcꝫ oscitatio arceantur, etenim quę oscitauere respirauerecꝫ difficilius enitunt. Quod si interea dum ui retinere nititur co acta respirationem eruperit, difficilime q-dē, At uera in albi puluisculo naribus inie-ctꝯ ore naribusꝗ adprehēsis sternuere coga t, iuxta Hippocr sanctū, Mulieri quā uitia

uteri

uteri infestat, aut quę difficulter parit si fiet nutamentum superuenerit bono est, Sed si ob hęc infans minime ædatur, Pastillo in fra sufles, habet hic, myrrhæ semiunciam, cinamomi, Galbani, castorei singulorum semidrachmam, Oppoponacis drachmã, ueratri nigri drachmas geminas ex uaccino felle confice. Attamen suffitu non nisi urgente necessitate, (ne obuius partus suffocetur, quod plerunq; quibusdam euenisse nos ipsi uidimus) utaris. Primum autem aqua illa subtercutem (quam antea commemorauimus) fusa, puerperij motione membranulis interscissis, effluit. Mox fœtus ritu quidem naturæ in caput gigni mos est, quomodo pedibus efferri, brachijs quoq; ad costas & ad fœmora distentis, utero inuerso, secundisq; interna euoluentibus, foras in lucem uenit. In pedes sane nascentẽ procedere, (quod æquo argumento agrippas quasi ęgre partus, antiquitas appellauerit) atq; in alias pene innumeras figuras cõtra naturam est, propterea quod partem ab umbilico supra, puerperia impendio maiorem ĩferiore optineant, maiora autem plus põderis habẽt, itaq; ueluti ĩ trutina pẽdẽtes eo uergũt quo trahunt. At quacũq; figura processerit an qđ effusũ est, uictusq; sit, an in

Hipp. li. 5. Apho. 35.

agrippa

utero

utero prȩmortuum ſpirans tantummodo naſcatur ſeptimam horam diſcernere diligentiores tradidere, quandoquidem ultra hunc horarum tractum, quæ præmortua ſecernuntur aeris alitum ferre neutiq̃ ualeant quem ubi quis ultra ſeptenas horas ſuperſtes ſuſtinuerit ad uitam, (alter ni forte, qualis perfectum etiamnum quis caſus erpiat,) creatus intelligitur Quemadmodũ & ſine ſpiritus hauſtu ultra eaſdem horas, ſine æſculentis ultra totidem ſoles, (quibus accipiendis & reddendis membra adiacentibus aſcitiſq; meatibus ſibi obſequuntur) maxima ex parte uitæ haud potiri obſeruãtiſſimum eſt, maxima ex parte adiecimus, quoniam non perpetuo id euenit. Nã quo magis ac magis admiremur, nõ modo homini ante diem ſeptenum lȩtalis inedia nõ eſt, uerum & ultra undecimum plȩroſque duraſſe certum eſt. Porro fœtu uitæ obnoxio ſi ſecundȩ quoq; exciderint uellere umbilicus a uẽtre quattuor digitis citra dolorẽ alligãdus eſt, ac ſuccida lana ex oleo calido imponẽda ſuperiuſq; præcidẽdus cui uenȩ citrinȩ ſãguis draconis, ſarcacolla ciminũ, uſnea, myrrha pari põdere cõtrita ſuperimpoſita utiliter medent̃. Qua v̾o deligatus ẽ cohȩreſcit, ac pars iugis penit⁹ decidit

Vmbilici abscissio & cura

Sed si copula amentumq; dissoluatur puerperio, sanguine affatim effuso, protinus emoritur, quandoquidem insantem etiam num internascendum mortem obijsse sæpius intueri liceat quippe cui imbecillo anteaq̃ umbilicus deuinciatur sanguis sit plerunq; in umbilicum circaq; suffusus. Quãq̃ peritiores nonnullæ obstetrices cruentum succum intro de umbilico reprimunt, quo diligentissime peracto infans qui modo ex anguis exanimatusq; e uita excidebat, Mox rediuiuatur recreatur uitæq; restituitur. Verum & intercepto internascendum halitu (æque q̃ sanguinis profusione,) inspirãtem ac præmortuum infantem ædi columbarumq; pulli rostro, (quo ad quiuerit) puer uli anno immisso, quo moriendo intus spiritus relinquatur in illiusq; uitam hereat cõmuteÍcq; morte statim liberari inter omnes conuenit. Mirabili ante cuncta contemplatione. Quasi omnium parens præstantissima illa animæ auxilia ex anima alia eẽ uoluerit. At si quando acciderit secũdas haud continuo cũ partu exijsse. Dũ intus ipsę foris autẽ infãs extet. Vincto umbilico supra dissecet, atq; parte relicta secũdæ amẽto fœmori (ne introcedãt) uinciant. Demũ secũdas morãtes præsidijs ijs q̄bus & fœtũ ac

potissimũ

potiſſimum ſternutamēto remedio quidē præſentiſſimo q̄ citiſſime fieri quit exerere extruderecꝗ; oportet. Cuius Hippocrates non ignarus inquit, Si ſecūda procidit ſternutatorio appoſito nares & os apprehendimus. Sedulis item ſuffitionibus liberaliu sadmotis, enixam ab incommodo hoc aſſerere non dubitamus. Quinetiam & panacis ſemen e uino potum, appoſitūq; cū melle, pariter atq; eius radices appoſitæ & ſecundas extrahunt, & uuluas cōmode perpurgant. Pelomonia ex uino epota, ſecundas pellit. Centaurij maioris radix deraſa et appoſita, ſecundas & mortuos partus deijcit. At præcipua dictamo uis eſt, ut etiam tranſuerſos (non modo emortuos) partus & ſecundas eijciat, & ne in prægnantiū quidem cubiculum inferendū ē, quippe quod abortum cieat, bibitur ex aqua foliorum obolo. Nec potu tantum, ſed & illitu, et ſuffitu ualet. Quo præcipuo, dum hæc æderemus, cuiuſdā mulieris ſecundā tribus diebus poſt abortū moratam, tandem diuino annuente numine pepulimus. Molochis et ariſtolochia, myrrha & pipere additis pota ſubdita ue & ſecundas & intermortuos fœtus cit. Ciſſanthemos epota ſecūdas pellit. Mādragoræ ſucc9 appoſit9, daucū potū uſū

Hipp. li. 5 Aph. 49.

Dictami vis

præſtant

præstant eundem. Scamonium potum uel appositum. Erisimon cortice ex aqua pota emortua & secundas cit. Item radix e Geranio peculiariter succurrit. Artemisiæ radix epota partus enectos et secundas extrahit. Easdem ramorum decoctum insidentibus cit. Item & foliorum drachma pota. Cantillides duæ in uino epotæ secundarũ moræ utilissime sunt. Haud secus leporis coagulum secundas expellit, modo pridiana caueantur balnea, illitum quoq; cũ croco & porri succo uellere appositũ præmortuos abortus. Eadem equinus lyen ex aqua dulci epotus eijcit. Item ungulæ suffitu, aut fimum aridum. Membrana caprarum in aqua partu ædito inueterata potuq; sũpta in uino secundas pellit, atq; terreni uermes in passo poti. Succida lana imposita subditaq; mortuos partus euocat. Vngulę asininę suffitę partum maturant, ut uel abortus euocetur nec aliter adhibetur quoniam uiuentem partũ ocissime internecat. Cancris ad purgationes mortuosq; partus cum quinis lappati radicibus, cũ ruta, & fuligine, tritis et in mulso potui datis, Hippocratem uti proditum est. Deniq; uerbenacæ radix ex aqua pota ad oĩa in partu aut ex partu mala præstantissima censet. Itẽ & betonicæ

Cura duritiei matr.

drachma in uino cyathis tribus, cōtra oīa uuluarum uitia, quæ a partu fiunt recte bibitur. At quoniā in inmodicas a partu duritudines, infestissimosq; dolores uteri agūtur. Lupi adeps illitus, eos emollit, eorum dolores iecur discutit. Asininum seuum inueteratum, in uellere appositum, uuluarū duriciam mollit. Vitulinum etiam fel si in purgationibus fuerit sub coitu aspersum. Caprarum fel callum uteri inspersum. Duritias & collectiones, adeps anserinus, aut cygni mollit. Nos præsentanea inuenimus Sqinanti decoctum croco adiecto sorbere, Oesypiq; cæratum oleum liliorum remollitum abdomini a tergoq; coxēdicibus calfactum apponere. Pleriq; uero non hoc sane modo uictura genitrice oriuntur, at iā enectæ parentis cæso (unde cęsones dicuntur) utero gignuntur. Sicut Scipio Affricanus, itidem & Manlius natus est. Infans uero quē inter tot animaliū genera natura nudum & in nuda tellure ad uagitus natali die abiecerit, Mox quom exierit, nec antea nempe quā egrediatur (tametsi quom difficulter, foris caput, corpus totū intus fuerit) ab hoc lucis rudimēto uocē emittit, flet, atq; uagitat, manus in os q̄ primū ferit, quippe q̄ a suppliciis, (ob hanc duntaxat culpam,

Cesones
Scipio, A

quia

quia natus sit,) uitam infœliciter infœlicem auspicetur. Sed quod mirũ est, & ætate nostra nunq̃ uisum, æditum infantem protinus in uterum reuersum inter ostenta enumeratum nonnulli, (nec ignobiles.) prodidere. Exinde recrementum, (quod papauerculum uocitãt,) plus q̃ pro partus magnitudine, colore cruentum, atq; admodũ atrum piceum ue deijcit. Quamobrẽ quia ualde tenellus est, Muria pauci salis, cui admixta sint, costus, sumach, fœnumgręcum, origanum, eundem, (præter os & nasum,) circumluere diligentiores iussere. Demum lauatrix manu dextra, (læuo brachio eius pectori adacto) eum præhẽdat, tepida aqua ęstate, hyeme calida meratiore, generoso ue temeto ouorumq; uitellys binis adiectis, a proluuie quacunq;, nares digitis (unguib9 excisis,) perpurgando, anum minimo digito adaperiẽdo, exquisite pelluat. Quod plerunq; bis aut ter in die, (æstu potissimum,) facere conducit atq; expedit. Deinceps uero læuigato linteolo madidum infantẽ desiccet, singula membra leuibus præssuris afformet ac excultius effigiet. Vesicam (ut lotij egressus facilior sit) deprimat, lęuibus pãnis extẽsus, brachijs ad costas porrectis obuoluat. Institisq; capitio capite operto, per-

Quo infans pluendus

peruinciatur. In ipsius nares oleum conijci
atur. Deniq; capite eleuato super latus, quo
melius pituitosa materia ex capite expur-
getur, cunabulo suauiter semicirculari mo
tu quasso, succentante quapiam obdormi
at, mellis per diem suctu contentus, nec nisi
flenti propinetur. Demū usq; quo parētis
temperatura pristinę naturę restituatur, eū
dem nutrix infra eligenda, interdiu bis aut
ter lactet. Tantisper enim puerperæ lac in
pumicis modum coit, quod colostrum ap
pellatur, ac propterea infantes qui hoc lact
auerint colostrati, sed ijs nutricis potius lac
exhibere conuenit, quando matris exitio-
sum sit. Subinde maternum lac potius la-
ctet. Quippe quod alimoniæ qua dum in
utero infans erat alebatur, perq̄ simile exist
at, muliebria nanq; in ubera delata conco-
ctione lactescunt, & ob id eidem uel maxi-
me conueniens, quod etiamnum quotidi-
ano experimento compertum est, ꝓpterea
quod maternis māmulis puerperij ori ad-
motis, alliciatur, ac deniq; quæq; eidem of-
ficerēt arceantur. Etenim a partu purgatio-
nibusq; lactis copia excitat̃ adeo ut plerisq;
non mō de papillis, sed et passī p ubera, ali
qb9 etiā p alas, effluat, ī posterū q̄q; q̄ties
nec cōcoquat̃ neq; exeat, sed redūdet supra
modum

modum ſuccus, globuli obdureſcunt intu
meſcuntq́. Quas murinum fimum aqua
pluuia dilutum reficit. Eaſdē a partu adeps
anſeris cum roſaceo et araneo cuſtodit mā
mis puerperio uexatis. Otidum adipē uti
lem eſſe inuētum eſt. Anſerino adipe mam
mis perunctis dolores mulceri exiſtimant.
At ubi lactis putreſcentis ubertate atq́ af
fluentia mammulæ rubore ſuffuſæ obdu
ruerint inflammenturq́. Quod die tertio
omnibus maxima ex parte obuenit. Muri
cum, uel purpuræ teſtarum cinis cum mel
le efficaciter ſanat. Atq́ aduerſum eas, q̄ eā
fortunam inciderint, plerique medici ſe me
dicos non inueniunt. Ego certe ſcio, (pace
ac uenia dicere liceat) raro quampiam, quę
ſe illis credidiſſet, huic peſti ereptam. Verū
ita nos eius curationem ijs quæ infra per
ſcripta ſunt intra quartum diem expediui
mus, abrotani, mentæ apij, ſingulorum ma
nipulus, pſilij, acaciæ, gallarum, omni ī un
cia, cimini ſemiūcia, radicū alteæ manipuli
bini, caſtorei ſemiūcia, ſeminum lini unciæ
tris, radicū braſſicæ rubræ uſtarum drach
mæ tredecim, cancrorum fluiatilium exu
ſtorū totidem, hæc quom in aqua mentę
quod ſufficit ſubferuerint donec pars tertia
deceſſerit, māme ſępius foueant. Mox a fo

Duritiei mammillarum cura

Ruboris mammarum cura

 mēto emplaſtro

emplastro tali illinantur, acaciæ ℥. tris ciclaminis uncia una, mucillaginis seminum lini, mucilaginis psilij, singularum uncia una ex succo apij, quod sufficit emplastrum molle confice, subinde tempore procedente, sandaracha, myrrhaq; adijciendę sunt, sādaracha præponderante, quæ si mammas obdurent, fotu florum maluarum, ac radicum alteę ex aqua fontium, ad tertias decoctarum præstanter succurritur. Hercules a partu ob dictas causas duriciam ijs accidere inconfesso est. Quandoquidem ubera tota fungosa extent, adeo ut si casu aliquo pilū mulier poculo hauserit, dolor ī mām is (quod malum pilarem uocitant) nimirū moueatur, neq; aptius sedatur, donec uel sponte, uel mulctra pressus pilus egrediatur. Cancri etiamnum fluuiatiles illiti, uel marini pilos ī māma, uel muricum carnes appositæ tollunt. Sed quoniam natura nō ita fert, ut succus idem pluribus una locis erumpere possit, hinc q̄diu e mammis lac emanauerit, magna ex parte menstruæ purgatioes astringuntur. assidue dixerim, haud perpetuo, quando & iam quibusdā lactantibus (ut nos ipsi nouimus) muliebria prupperit. Lac aūt donec mulier cōceperit asseruari, tum autē desinere atq; aboleri, tam in

malū pilare et cura

homine

homine q̃ in quadrupedũ uiuiparo genere inclaret. Quamq̃ fœminis partum alẽtibus si ex eodem uiro rursus cõceperint, lac minime corrumpi Nigidius auctor est. At si quid (utpote quia lac integrum non sit, aut quia parens uieta, languida, aut nobilis admodumq; delitiosa sit,) matrem puerulum lactare inhibuerit, nutrix eligenda est, cuius ætas inter uigintiquinq; & trigintaquinq; ãnos sit uiuidi coloris, fortis ac robusti colli, pectorosa. musculosa, duræ ac multę carnis, non obesa, non gracilis, cuius etiã mãmæ solidæ ac firmæ sint, mediam magnitudinem modicamq; duritudinẽ obtinentes quibus lac plurimum sit, odoratum candidum, perdulce, ęquabile, neq; admodũ crassum, neq; tenue, cuius super uitreũ umbonem recte probatio fit, si neq; prorsus fluat, neq; umbone reclinato omnino cõstet, aut si in uasculo illius portio emulgeatur, myrrhæ tantillo adiecto, sero pariter atq; caseo pars æqua detur. Probatissimum etiam si in ungue hæreat, nec defluat, atq; quod a partu quadraginta & quinq;, sexaginta ue solibus abscederit. Si marem iusto partu illa pepererit, neq; aboriri assueta. Si laudatorꝝ morꝝ extiterit, quę nec ocissime animę passionibus afficiatur, neq; penitus obtusi

Nigidius

quale op3 ee nutricē

ſenſus aut ſtolida ſit, (quæ lactare prohibet)
Quæ nihilominus admonenda eſt, ne con
cũbat, ut probatis cibarijs ueſcat, ut quaqꝫ
uice ante lactationẽ partui mellis pauxillũ
ex pauco uino lingendum tribuat, item ut
lactis quicq̃ mulgeat, ut mammulę præſſio
ne puerperij ſuctionem iuuet, ne forte uehe
menti ſuctu, & gulæ inſtrumenta oblædã-
tur. et malarũ oſſa luxentur, quod ſępius
contingit, ut ſingulis lactationibus, non u-
berem lactis copiam, ſed parcam exhibeat.
Quod ſi defuerit remedia adhibenda ſunt
Nam ſuillum lac potum deficientia puer-
perarum ubera mire replet. Aſininus lyen
inueteratus ex aqua illitus, mammis abun
danciam pręſtat. Terrent uermes cum mul
ſo poti lac deuocãt, atqꝫ perdicis oua ſorpt
ui data mulieribus Glauciſcus e iure ſump
tus, & Smarides cum ptiſana ſumptæ, uel
cum fœniculo decoctæ lactis copiam faci-
unt, Item cancri cum lappato & apio in iu
re cocti ubertatem præſtanti Is itaqꝫ obſer-
uatis, puerulus & bene habebit & cõmode
lactabit. Quo tempore lacteas et albidas dę
iectiones egerit At quom umbilici exęſa
uellere pars ceciderit, quod poſt tres aut
quattuor dies iugiter accidit, Coclearꝫ cinis
utiliter imponitur. Oſſa etiam ex ungulis
uituli

uituli, aut plumbum, cremata eundem pręstant usum. Conuulsione plerique ac præcipue corpulentissimi habitissimique, & lacte côpiosiore crassioreque uescêtes, atque astrictas aluos habentes, (quippe qui sacietate uexêtur, & recrementis scatescant,) ac potissimũ plenilunio, corripi assolent. Quo morbo omnes ferme ante septimum solem pereũt ob id die septimo, (iis superstitibus) tanq̃ eorum saluti magis credamus, nomina imponuntur. Proinde iecur asini panacę modice amixta in os instillatum a comitialib9 morbis et aliis (quadraginta iugiter diebus factitatum,) puerperia tuetur. Cerebrum capræ per anulum aureum traiectũ, priusq̃ lac detur infantibus, contra comitiales cæterosque infantium morbos instillatur. Cæterum præcox illis risus atque celerrimus, lachrimæ ue ante quadragesimum solẽ maxima ex parte haud quaq̃ conceduntur, q̃q̃ die eodẽ quo satus esset Zoroastrem unum risisse lectitauim9, sicuti & Crassum Crassi in Parthis interempti auũ, ob idque agelastum appellatum, nunq̃ risisse ferunt, quomodo et plurimos nunq̃ flesse, alios quoque multos, quod mirum sit maximæ sapientię auctores, ueluti Socratem, Diogenem cinicum, Heraclitum eodem semper uultu nec

ἀπαθής

aut hilari magis aut turbato, (quales apathes græci cognominant,) extitisse. Qui sane animi tenor in rigorem quendam naturęq́; duram atq; inflexibilem toruitatem summopere exit, humanos etiamnũ affect9 proculdubio adimit. At quo'quo modo res se habeat, Si ante quadragesimum diẽ ris9 eruperit, ominosum id atq; timoris plenum uulgo iudicatur. Cuius temporis partem plurimam obdormiunt. Etenim homini animaliũ uni per aliquot mẽses somno cõsestim genito premi sopiriq; datum est, subinde iam longior indies insomnia. Somniare etiamnum eos comminus compertum est. Nam & pauore expergiscũtur et suctum immitantur, plerosq; uero nunq̃ quibus exitiale contra somniorum assuetudinem initium fuisse multorum exemplis ueteres inuenere. Insuper recens natis uertex adeo mollis ẽ, ut cerebrum palpitare ꝑpendatur qui sane serius duratur. Quin imo Zoroastri ita palpitasse ut impositam manum ualentissime repellere futuræ sciẽtiæ præsagio, constat. Pueris primores septimo mense dentes gignuntur, priusque ijs superiores, illis inferiores, at omnibus fere prius parte supera, haud dubium est. Ex q̃bus q̃ primus ceciderit, ut terrã nõ attingat

Zoroast.

in

in armillam inclusus, in brachioq; assidue habitus, muliebrium locorum dolores effi cacissime prohibet. Septimo eosdē anno de cidere, ac alios suffici dilucet, quosdā & cū dentibus, (tametsi rarenter) nasci, sicut Mar cum Curtium (qui ob id dentatus cogno minatus est,) & Cn. Papirium Carbonem prȩclaros uiros, inclaret. Id quidem in uiris mali fuisse auspicij antiquitas negauit. At in mulieribus ea res infausti ominis atq; in auspicati exempli regum temporibus ex titit, quando Valeriam ita natam ciuitati Sessapiæ, ea tempestate florentissimȩ in quā deportata fuit, aruspicū responso uaticinan te, ueridico exitio fuisse dignissimi auctores scriptauerint. Aliqui etiamnum dentium uice osse continuo superna oris parte gig nuntur, sicuti Prusiæ Regis Bithyniorum filium fuisse tradunt. Sed ex dentibus qua terni primi quia secāt temnici a grȩcis no minantur, ij exinde quattuor caninis den tibus ex omni parte cingūtur. Vltra quos utrinq; fere maxillares seu molares quater ni sunt præterq̄ in ijs, in quibus tres ultimi qui sero gigni solent nō increuerunt, horū utrinq; bini caninis ꝓximiores columella res uocitant. Quare uiceni oēs erūt. Ex qui bus primores singulis radicibus maxillares

utiq;

uticꝫ geminis, quidam etiamnum ternis quaternis ue nitũtur. Atꝗ ex radice eadem in pueris nouus, (altero deciſo) dens ſubit, qui multo ſępius priorem expellit. Interdũ uero aut ſupra aut infra eum ſeſe oſtendit. Sed non deſunt, quibus tricenos binos uiris dentes attribuere, fœminis numerũ minorem, (excepta turdulorum gente,) placuerit. Quibus non plures fuere, longiore uita promitti ſpatia putant. Quibus autem in hoc primo dentionis rudimento, impacientiſſimis difficulter naſcuntur, ĳs æqui dentes, qui primi cadunt, alligati facilem (efficatius ſi terram nõ attigere) dentionẽ præſtant. Lacte caprino, aut leporino cerebello adipeꝗ gallinaceo, gingiuæ perfricentur, cerebrum pecudis in uino potui detur. Dentium delphini cinis ex melle gingiuis illinitur. Eius quoꝗ dente gingiuæ tangũtur. Caniculæ dentes eundem habent effectum, infantibus tamẽ nihil butyro utilius per ſe & cum melle, priuatim & in dentione, & ad gingiuas, & ad oris hulcera. Dens quoque lupi adalligatus infantium pauores, (quos etiam lapis ſtellatus arceat) dentientiꝗ morbos prohibet, quod & lupina pellis præſtat. Cinis caninorum dentium cum melle pueros tarde dentientes

adiuuat

adiuuat. In coclearum corniculis arenaceę duritie inueniuntur, eæ dentionem adalligatæ facilem reddunt. Cerebrũ uiperę pelliculæ illigatum. Ad idem et serpentiũ grãdissimi dentes ualẽt. Bouis capiti lapillum inesse produnt, quem ab eo expui si necem timeat, inopinatis tamen, capite pręciso exemptum adalligatũq; dentioni mire ꝓdesse, eiusdem cerebrum ad eundẽ usum alligari iubent. Limacisq; lapillum ossiculum ue in dorso offensum. Dehiscentibus gingiuis, caput & collum oleo ex aqua calida abluto fricentur. Oleũ insuper in aures guttatim recte instillatur. Subinde ireos radix cõmasticata dolores ac hulcera inhibet. Os melle & sale collutum eosdem mire arcet. Denicq; liquiriritæ succus in ore contineatur. Plurimis hoc tempore pueruli morbis obnoxĳ sunt, qui quom uexantur nõ uno genere sęuiũt, sed & febri, conuulsione & alui fluore, & id genus reliquis morbis, quos Hippocrates internoscens inquit,

Per ætates hæc accidunt paruis & recẽsnatis puerulis, hulcera oris, uomitꝰ, insomnia, pauores, inflammationes umbilici, humores aurium. Quos impauidos proculdubio asinina pellis iniecta facit. Paulo ætate progredientibus quo n dentire incipiunt

Hipp. li. 3 Apho. 31

piunt

incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui fluores longi, maxime quom caninos edunt & ijs potissimum pueris qui corpulentissimi sunt, et aluos habēt astrictas, ij leporis coagulo illito ubere mire sistuntur, caprinum quoq; fimum inquietos infantes pano adalligatum maximeq; puellas cohibet. Adulcioribus iam tonsillę, uertebræ in occipitio, siue luxatio in partē interiorem, anhelationes, calculi, lūbrici teretes, ascaridæ, uerucæ, satiriæ, strumę, & reliqui abscessus, sed præcipue quæ enumeraui. Plurimi uero affectus puerilis ætatis iudicantur, aut intra quadragesimum diem, aut intra septimum mensem, aut intra septimum annum, aut quom ad pubertatē itur. Qui autem pdurarint, nec solui potuerint pubescenti, aut fœminæ quom erumpunt menstrua, ij consenescere assolent. Quibus singulis affectibus proprijs medicaminibꝰ passim ab auctoribus descriptis proculdubio medemur. Sed & nobis quoq; de omnibus ijs ac cæteris toto uitę lapsu ab unguiculis cunabulisq; miserrimo animaliū homini euenientibus seorsum fusiore uberioreq; tractatu post hæc summa cura edisserēdū est. Quanq̄ medicinę tot, tot cōtra mala generis humani excogitatę, subinde quoq;

novitatibus

nouitatibus uictę succumbunt. Summęque hominum infœlicitatis indicium. Vni Herculę animantium ꝑtinus ab initio luctus datus est. Vni lacrymæ, uagitus. Vni sponte ac sine doctrina non aliud q̃ flere didicisse. Vni flenti mox nato, cæteris imperaturo, manibus pedibusq; deuinctis iacere. Vni alienis opibus uelari. Vni innumeros & nouos quotidie, omni æuo priore īcognitos cæcos sentire morbos. Vni tot periculorum generibus quati, tot metib⁹ torqueri, tot curis exterminari. Vni, toties, (ut nulli frequentius sit uotum,) mortem mœste īuocare. Vni fragilissima uita. Vni nocturnæ quietis æstimatione, dimidio, (quippe quom æqua, morti similis pars exigat, aut pœnæ nisi quies contigerit) uitæ suæ spatio uiuere. Quamuis ex omnibus bonis quę homini tribuit nihil eidem melius uitę breuitate ac tēpestiua morte (in qua certe id optimū q̄d illā sibi quisq; cōsciscere quiuerit) natura pręstiterit. Quapropter hoc primū quisq; in sui remedijs animi celebret quandoquidem naturæ munus (boni quantulū dari uideatur illi) incertum ac fragile nimirum sit, malignum etiamnum et breue, cui largissime obtigit. Sed quid q̄d bona malis (etiā pari numero) paria haud quaq̄ sunt

Nec

Breuitate uitę nil melius

Nec immensa leticia ullo minimo mœrore pensanda est. Quamobrem si uerum facere iudicium, ac omni fortunę ambitione repudiata, sincere, recte, iusteq; decernere, uelim9, Mortalium nemo fœlix est. Quibus iure eorum decreta comprobentur, qui nō nasci aut q̃ ocissime aboleri, optimum censuere, Heu uana & imprudens mortalium diligētia. Heu dementia. Heu inquā summa mortalium dementia, existimantium, ad superbiam luxuriam, ambitionē auaritiam, immensam uiuendi cupidinem, gulam, superstitionem, sepulturæ curam, rerum libidinē rabiem, sęuitudinem ac deniq; ad hominū mala sese genitos esse. O solidam insœlicitatem o uanam mortalitatem, & ad semetipsam seducendam, (quippe quom mortalium nemo omnibus horis sapiat,) procacem atq; nimium pronā, o utinā falsa, futilia, atq; irrita hæc & non a uate dicta, secula nostra iudicēt.



PROLIS CAVSÆ. TVM cum parentibus, tum cum aliĳs, similitudinis. Numerositas uno enixu partuū, atq; eiusdem causæ, ac præterea sup- uacanearum deficiētiumq; partium. Demū par- tus prodigiosi nonnulli.



ED QVAM ob cau- sam mares & fœminæ, æ- dantur & aliĳ parentibus mares maribus, fœminis fœminæ, aliĳ e diuerso, ma tri mares, fœminæ patri. Deniq; maioribus suis a- liĳ. Aliĳ suorum nemini, idq; tum corpore toto, tum partibus singulis, similes gignan tur, diligentiores diligētissime exquisiuere. Quorum omnium causas, nō minore nos diligentia explicare conabimur. Quoni- am uero neq; omnibus id genus acciden- tibus puerperĳ formæ obnoxia natura re- pugnat, neq; omnibus acquiescit ut facile secerni queat, q̄ ex ĳs ab se abdicet ac uelut

 profana

profana ob ipso sacræ conceptionis uesti-
bulo eliminet, quæ ue etiamnum sępe ac li
benter admittat, diuisionum gradibus cō-
templandum perpendendumq; erit. Inde
orsi, Quod maris genitura uim (quę in eo
sunt) menbra quoad substantiam procreā
di primum obtinet. Deinceps uero accid
entibus eisdem affecta. Subinde quia mas
maiorum suorum sugillationē seruauerat
seminale recrementum, qualia illis fuere
menbra generare quit. Demū quia ab ho-
mine decisum, hominis fabricationis com
pos euadet. Pari usu & de fœmellæ prolifi-
co semine differēdū. Horū Hercule, primū
a semine qua maris est. Secundum ab eod
em qua huiuscemodi membrorum lineati
onum effigiem ac accidentia talia præ se fe
rentis. Tertium ut prosapiæ huius. Quar-
tum ut talis speciei, quia humanæ, proficis
citur. Nec tamen talia pro harum (quas ge
nituræ motus appellare liceat) uirtutum
duntaxat arbitrio, at secundū horum mo-
tum leges, subiectę materiæ affectionibus
respondentibus, gigni arbitrandū. Quo
fit ut si maris genitura, fœminę genituram
uiribus superauerit, materia non reluctāte,
marem patri ex toto similem gigni indubi
tatum sit. Hinc pleriq; eorum quæ ī par
te

parte sunt signorum, ut neuorum, uerucarum, cicatricumque & id genus reliquorum in eadem prope dixerim parte geruli ędun tur. Quin etiam ex mancis truncis ue manci ac trunci, ut uerbi causa ex claudis claudi cæci ex cæcis, eadem ratione prodeunt. Contra si fœminæ prolificum semen, annuente moremque gerente materia maris genituram subegerit, fœmella matri persimilis in lucē ueniet. Quod si maris semen superetur, (haud sane plurimum,) & parte altera materię dispositio ad maris membrorum substantificam formam pariter atque accidentalem suscipiendam procliuis magis impendioque obsequibilis sit, puerpium patris & sexum & effigiem præ se ferens gigni operæpretium est, quandoquidem duo illa & si imbecilla longe plus quam sola matris genitura, ad hoc cooperentur. Sin fœmineo semini id acciderit, contrarium contigit. Si uero maris geniturae motus qua maris est succubuerit, qua uero mas talia accidentia optinet superauerit, fœmella patris effigiē repræsentans generabitur. Quod si neque adhuc qua taliter affecti, sed qua prosapiæ huiusce, quæ auo similis sit reddet. Denique si etiamnū non ut prosapiæ huius sed qua hominis, nec fœminæ seminale recremen

filia mri similis

 tum

recrementum duabus, (primam excipio,) reliquis uiribus uicerit, nec patri neq; matri, neq; maiorum suorum alicui, at homini duntaxat nata assimulabitur. Fieri etiã quit ut seminis motus quatenus maris, ac huiusce prosapiæ est dominetur, at quatenus hominis horum accidentium, huius figuræ imaginisq; neutiq̃ superet. Quocirca (modo ne fœminæ in ijs motus uicerit) creati maris similitudo in auos degenerabit. Iam enim tale quidam uel tertia prole post rediuiuens regeneratum est. ut quom quidam suo in brachio notã haberet, non hãc filius sed nepos, (ea præcise corporis parte) nigriciem quãdam habens prodijt. Quod si neq; in auos degeneret, in hominem saltem, (siquidem qua hominis motus seminis nec alioquin superarit,) pari modo uel fœminis euenit, eisdem prorsus combinationibus obseruatis. Aut enim seminalis recremẽti, quatenus fœminæ est, potestas subdominatur, in cęteris uero dominatur, quapropter mas matri similis generatum iturus est. Aut neq; qua talibus affectæ, sed quatenus huiusce progeniei. Vnde auorum matris similitudinem adeptus mox orieẽ. Indicio est. Niceus nobilis poeta, q̃ adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris

Niceus

colore

colore diſſidente, æthiopem auum regenerauit. Aut non niſi qua hominis genituræ motus ſuperat, nec uiri parte altera genituræ uis, in ſui auorum ue ſuorum effigiẽ decumbit, & ob eam rem mas, hominis ſpeciem nactus, ꝑdi[illegible]it. Hinc itaq; mulieres quaſdã ſibi ſimiles partus perpetuo parere, quaſdam uiro, quaſdam aut ſuis aut uiri auis, quaſdam eorum nulli, quaſdam fœminã patri, marẽ ſibi, accipias licebit. Quin imo præter hæc, ſimilitudinum quoq; reputationem in mentem eſſe, (utpote in qua multa fortuita pollere credantur,) memoria rerum, quæ uiſæ auditæ ue fuere, imaginibus ſub conceptu hauſtis, compertum experimento habemus. Vnde utriuſlibet maris ſcilicet ac fœmellę, ſubito animo rrãſuolãs uagaq; excogitatio, ſimilitudines effingere aut miſcere (nec ab re) exiſtimandum. Ac propterea plures humano generi q̃ cęteris omnibus animalibus ſimilitudinum differentias accidere par eſt. Quandoquidem cogitationum uelocitas, animi celeritas nec non ingenĳ uarietas, multiformes multiſq; modis notas nimirum imprimere confiteri neceſſum ſit. Quod non minus quotidiano uſu id obſeruantibus, ac præterita ſæcula intuẽtibus ĩclaruit. Artemonis Plebei

 argumento

argumento, usq; adeo Regi Antiocho iam necato similis, ut Laodicæ Regia coniunx per eum commendationis, ac regni successionis munus eleganter peregerit. Non desunt etiamnum. Vibius e plebe et Publicius seruitute liberatus qui Ponpeio. (probum illud os, illumq; eximiæ frontis honorem, elegantiam pręferentes) indiscreta propemodum specie persimiles extitere Qualis quoq; causa, prius eius parenti Menogenis coqui sui, tum in reliquis, tum etiam in oculorum uicio eidem similimo cognomē indidit. Quę & Scipioni Serapionis, a Serapiōe uictimarij negociatoris seruo, nomen imposuit. Rursum Surę proconsulis, non modo integerrimam indolem, uerum & loquendi rictum, lingue contractionem, sermonisq; tumultum ac festinationē incredibile dictu in Sicilia Piscator quidā retulit. Cęterum ijs quoq; omnibus causis, & in geminis parentum similitudines essinguntur. Ex geminis namq; alterum patri, alterum matri, et hos quidem ambos patri, hos uero matri, hos eorum nemini, similes fore conspicuum est Plurimis nāq; locis & maxima ex parte. Mulieres singulos singulæ, duos ue pariunt. At solis nonnullis ut in Ægipto, ubi fœtifer Nilus

Nilus potus idipſum ſuaptæ natura impartit, & geminos & tergeminos. & bis binos naſci & plerunq; plures certum eſt. Vt etiam fauſta e plebe mares duos, fœminas totidem enixa eſt. Sed et quinq; iamq; hoc pluribus eueniſſe, exploratum eſt. quando quidem mulier quędam uiginti puerperia partubus quattuor, (quinos partubus ſingulis enixa,) ædiderit. Atq; eorum maior pars enutriri & adoleſcere quiuit. Aliã inſuper duodecim partubus ſexaginta infantes peperiſſe inuentum eſt. Diuo Auguſto imperante, eius quædam ancilla in agro laurẽte quinq; pueros, (qui pauculos uixerint dies) in lucem emiſit. Et in Peloponeſo binos quater alteram enixam, maiorem partem ex omni eius uixiſſe enixu, proditum eſt. Pari uſu & in Ægipto ſeptenos uno utero ſimul genitos eſſe. Equidem cuncta hæc ubertate atq; affluentia ſeminalium excrementorum accidere neminem latet.

Vbertati ſcis part[us] multiplex

Quo modo enim hominis cuiuſq; perficiendi, tum ad maius, tum etiam ad minus certa magnitudo extet, quos quidem terminos. (ut uel maior uel minor euadat,) neutiq̃ ſupergredi poſſit. Sic & ſeminalis genituræ haud indefinita eſt materia. ex qua cõſiſtat ꝗppe ꝗ nõ ex quãtalibet gigni queat.

Qui igitur homines plus excremẽti, quam satis sit ad unius homunculi fabricam secre uerint, ijs ut ex eo toto unus duntaxat for-metur homo fieri nequit. Sed tot numero quot in illis genituris debitę magnitudinis perscribi possunt generari operæpretium est, quandoquidem nec maris nec fœminę genitura, plus quicq̃ minus ue, q̃ a natura sancitum sit constituere ualeat Et ob eã rem si aliquando tantum materiei mas & fœmi na emiserint, quantum pro duobus suppe-tat, uincente quidem prorsus ui patris, Ge-minos patri persimiles procreatum iri con stat! Contra, uincẽte matris motu. Sin par-tim maris potestas superet, partim supere-tur, alterum patri, matri alterum similẽ gi-gni nemo quisq̃ inficiatur. At ijs unum id adijciendum duxi. Quod geminis æditis rarenter aut puerperæ aut puerperio, præ-terq̃ alteri uitam esse diligentiores prodide re, sin utriusq; sexus gemini enixi sint, rario rem utriq; salutem. Inter paucos etiam si alter mas, alter fœmina fuerit, ambos ser-uari uisũ est. Pari omnino modo, si uberẽ et pro trib⁹ quattuor ue ac sic deinceps ma teriam parentes suggesserint, iudicandum. Similis ferme, immo eadem superuaca-nearum agnascentiumque partium, quæ

agnatæ partes ex semi. reda[n]dantia

&

& geminorum generationis, causa censenda est. Nam si materiæ plusq̃ pro ipsius natura partis, utpote quom singulæ sibi proportionatam materiæ partem uẽdicent quando non ex partibus singulis, singulæ condantur partes, accesserit. Sic proculdubio eueniet, ut uel pars iusto maior euadat uerbi gratia digitus, aut manus aut uiscus aliquod, aut aliud ex cæteris menbris, aut ꝑfecto conceptu fisso partes eiusmodi plures exurgent. Quod si iterum plusq̃ pro partium plurium natura materiæ subministretur, plures geminari partes opus est. Hinc nonnullos geminato capite, cruribusq; geminatis, corpore fere toto geminato, plerosq; in lucem prodijsse haud fabulosum ẽ. Siquidem semel duos, tergoribus iunctos, (imo potius tergore uno, pro duobus perfungentes) fuisse traditum sit. Qui etiamnũ uiginti annorũ tractu, moribus plurimũ differentes, uixerint. Quorum alter, quom mortem obijerit, alter tandiu superstes fuit, Donec iam emortui germani corruptiõe putrilagine ue ac graueolentia decesserit. Quomodo & Ægiptijs portentum, binis in aduersa capitis parte ocellis hominem ijsq; non cernentem en utrire placuit. Quibus simili modo gemina habere geni

geminato corpore visus e antwerpie ab anno meo altero

genitalia datum eſt, ijs redundans pro hu-
iuſce partis natura materia ſubminiſtrata
eſt. Quod ſi paterni ſeminis motus partiũ
ſuperarit, partim ſubdominet̃, hermaphro
ditos olim Androgynos uocitatos, ſexus
utriuſq;, inter ſeſe uicibus coeuntes, mãma
dextra uirili, muliebri læua, generari nemi-
nem præterit, modo ne rationis prorſ9 ex-
pers fuerit. Sin alterutrius uis dominetur
aut procerum genitale unum, aut gemina,
(& hoc quidem agnatum irritum ſubinde
per alimentum deliteſcens, Illud uero ratũ)
reddũtur. De ijs enim perinde ac de toto
ſentiendum eſt. Nihil enim intereſt de to-
to an de partibus & de extimis, an de inti-
mis, diſſeramus, quibus mutationes atq; de
trimenta accidere haud unq̃ ullus dubita-
uerit hiſceritq;, quando & in ijs, in cæteris
quoq; animalibus hæc nimirum explora-
ta ſint. At quoniam ſeminalium excremẽ
toꝝ nõnunq̃ non mõ pro unius uel alteri-
us partis natura, Sed aut minus, aut nihil
prorſus ſuppeditatumſuggeſtumq; ſit, ob
id ſicuti excedẽte materia partium exceſſus
ita deficiẽte defectus fit, hinc ex integris trũ
ci gigni cõtingit, quomodo materia pro
unius partis natura, quæ tamẽ in parte mi-
nimẽ exiſtat, ſubminiſtrata ex trũcis integri
procreantur

procreantur. Quam igitur ob causam, alij pluribus q̃ iustum sit digitis, alij paucioribus, eodemq; modo in cæteris partibus, quæ aut excedant, aut deficiant. Quare etiamnum duplici genitali nonnulli altero maris, altero fœminæ gignantur, qui monstruosi partus nuncupētur, iam affatim dictum esse putamus Sed de quibusdam prodigiosis enixibus (qui non minus eueniãt) quicq̃ adijciendum censuimus. In quibus pleraq; sane q̃ multis incredibilia uisum iri haud ambigimus. At rerum naturæ uim atq; maiestatē in omnibus momentis (quopiam partes eius ac non uniuersam animo complectente,) aperta fide carere certo certius est, hinc complura neutiq̃ fieri posse prius q̃ facta sint adiudicantur, Quæ tam et si fide careant, admirationem tamen implent coguntq; cōfiteri multum esse, quod uero supersit, nihil non naturæ ui effici posse existimantibus. Adeoq; ad hæc attonita antiquitas extitit ut dictu quoque pene incredibilia affirmaret. Quasdam enim regionibus nonnullis meridionalibus, animal uiuens. (quod feram cognominant,) frequentissimum in Hispania uitiũ genuisse mulieres compertum habetur. Quod si dũ æditur, terram parietes ue casu aliquo inauspicatum

frequenter in Hispania feras gigni a mulieribus

inauſpicatum animal id tetigerit, puerperę mortem ueridico auſpicio auſpicari extra omnem fortunæ aleam autumant. Quocirca priuſq̃ enitatur, loci illius in quo prægnans parturire debet, parietes ornamẽtis protegunt, tapeta & id genus reliqua pedibus ſuſternunt. Demum Alcippem (dictu mirabile,) elephantum peperiſſe, antiquitas prodidit. Denicꝫ mulierem & ſerpentem etiamnum ædere poſſe. Ancillæ cuiuſdam quæ inter initia Marſici belli ſerpentem pepererit, idubitatum exemplum eſt, qualem

Lucanus. in Vmbria extitiſſe Lucanus elegãter præcinit. Matremcꝫ ſuus conterruit infans.

Hippocẽtaurum quocꝫ in Theſſalia e muliere natum, natalicꝫ die ĩteremptum complures nouiſſe Claudius Cęſar exarare nõ dubitauit, cui rei argumento eſt Plinius ſecundus, uir alioquin ſummæ fidei ſũmæcꝫ auctoritatis, qui ſe eiuſdem Claudij principatu ex ægipto illi in melle Hippocẽtaurũ allatum uidiſſe teſtatur. Iis itacꝫ compleſſe iam iam miracula ſui natura poterat. Sed quanto plura reſtant, tanto quocꝫ mirabiliora cognitu. Non enim ab ijs longe abeſt, quibuſdam Indorum feras uiris ineuntibꝰ mixtos ac ſemiferos prodire partus. Sicuti alios caninis capitibus homines fera-

rum

ferarum pellibus uelatos unguibus armatos, & uenatu aucupioque uesci. & pro uoce latratum aedere. Alios sine uoce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis nasci. Alios cauda uillosa, uelocitatis eximiae. Alios. (quos Syri ctas uocitant) narium loco foramina tantũ prẹferentes, anguium modo loripedes esse.

Sine ore alios corpore uniuerso hirtos, frõdium lanugine amiciri, halitu duntaxat odorisque spiramento naribus instracto, nullo cibo, nullo ue alio potu, uitam degere atque grauiore paulo odore, haud difficulter q̃ mox exanimari. Oritas etiãnũ aliũ nullũ q̃ piscium (quos unguibus dissectos sole torreant, atque ita panem ex ijs moliantur,) alitum abligurire. Sauromatas perpetua naturae lege, Tertio die alimoniam noscere. At cui plane non miraculo erit, quom primum in notitiam uenerit, quosdam quos Arimaspos nominitãt, unico in fronte media oculo insignes esse, aut quorundam oculos humeris, (quippe quibus ceruix minime sit,) insidere. Nec p̃fecto minus mirũ est alios in montis Imai conualle siluestres, pone crura plantis auersis, q̃ pernicissimos homines, cũ feris passim uagantes, nec alio coelo spirantes, uiuere. Quosdamque auersis

plantis

Arimaspi

plantis octonos in singulis pedibꝰ digitos obtinere. Nemo id paruum ac modicum obiter existimauerit, singulis cruribus alios. Troglodytis qui & ipsi equis pernitiores sunt, citimos, eximieq; ad saltum pernicitatis, in maiore æstu resupinos iacere, ac sese pedum, unde sciopodæ hoc est umbripedes appellentur, umbra protegere. Alios auribus amplissimis uberrime se totos contegi: Porro quis non uisos ophiogenes serpentũ ictus leuare, manuqꝫ corpori imposita uenena exerere. Aut aliijs qbusdam exitiale serpentibꝰ, illius odore eas penitus sopientibus, ingenitum uirus, unq̃ crederet Idipsum incredibile fortasse, & in Italia Marsis quoqꝫ naturalem eã uim inesse deprehenderit. Quomodo & in Africa effascinantium, quorum laudatione probata confestim intereant, infantes emoriantur, arbores arescant, familias quasdam extare inconfesso est. Et in Triballis Illyrijsqꝫ alios geminas in singulis oculis pupillas gerẽtes, uisu quos diutius, iratis præcipue oculis, intuerentur, interimentes. Et in Scythia eiusdem generis fœminas Bithias uocitatas, & in ponto Thibiorum genus solo halitu pestilẽs funebreqꝫ. Aliosqꝫ eiusdẽ naturę cõplures, in altero binã pupillã oculos

in

Sciopoda

Plini 7.

Effascinati um familie in africa

Bithia

in altero equi effigiem natura nactos fuisse erudirione spectari ꝑdidere. atq; haud absimiles in Æthiopia, alios sudore tabẽ contactis corporibus continuo afferre. Hæc innumeraq; talia ex hominũ genere ludibria miracula nobis perq̃ ingeniosa natura molita est. Cæterum singula quæ in dies aut prope horas factitat, (quando præsertim nulli loqui, q̃ in magno fertilitatis gaudio tam uarie ludẽti rerum naturę pingere, facili⁹ esse queat) ecquis enumerare potis euadet?. Et ne tot hominum ritus, tot gentium sermones, tantam loquẽdi uarietatem (uti externus etiamnum alieno hominis pene uice haud sit, tot indiscretas effigies, cõmemorem. Illud tamen quo magis miremur in hoc ipso consumati operis fastigio, non omittendũ duco. Quod scytharum gẽtes & quidem plures, humanis uescentes corporibus, ideoq; antropophagos nuncupatos (dictu sane paruum, at ęstimatione immensum) & in medio terrarũ orbe Ciclopas & Lestrigonas hui⁹ monstri gẽtes extitisse, hominẽq; trãsalpes earũ gẽtium more (qđ paulo a mãdendo abscedere uł maxime constat) imolari solitũ, Antiqtas nobis credẽdũ reliqrit. Et hirpias q̊q; iãpridẽ haud ꝓcul urbe Roma sup ambustã lignoꝝ struẽ ãbulãtes nõ ꝓuri. Nec sec⁹ in admiratione

anthropo phagi

agit qđ Pyrrhi regis dextri pedis pollicē lo
culo in tēplū conditū, cū reliquo corpe cre
mari nequisse. cuius etiā tactu lyenosis pla-
ne mederet, adeo naturæ quorundā corpi
partes ad aliqua mirabiles nasci placuit, au
ctores illustres retulere. Mille denicp pdigio
rū (qbus quū uniuersa tellus tū uel maxime
India Æthiopumcp tractus scatēt,) taliū est
inter quę quom lasciuientē naturā, gentes
quocp ad eius detegendā potētiam posuis-
se, in priscę auctoritatis fide crebro fuerit, se
quens tamen ætas, (quippe quod mentes
summopere pculerit, quādoquidē ijs q ple
racp ab antiquis pdita, aut exquirēdi cura
segniore, aut desidia rer intermitiōe memo
rię indicta nouerint haud facile obuia sint)
ijs elaborata maxime ex parte exauctorāda
repudiāda ac denicp sublinēda esse censuit.
Horū nimir copiā proferre nūc possem ni
singula psequi & longū multiscp fortasse te-
dio esset, & necessariæ terminationis tēpus
nos admoneret. Igit paucula hęc, quę de ijs
nobis ex uetustioribus, qbus nihil intenta-
tū, nihil qđ nō cognitu obuium posteris es-
se uellent occultatū, edocta deprehensacp
sunt inuictissima Ducissa perlege
re ne pigeat.

Argentinę per Henricum Sybold.

ARISTOTELES DE INDICIIS QVIBVS maris a fœminæ generatione generatio discernatur.

INdicia uero faciunt res, quæ accidunt. nouella enim, & senescens ætas magis, q̃ florẽs, fœminas generat; in altera enim calor non dum perfectus est, in altera deficit. humidiora etiam. effœminacioraq; corpora fœminam potius gignunt: & semina humida magis, q̃ spissa hoc idem faciunt, hæc enim omnia eueniunt caloris inopia naturalis. Flatibus item aquilonijs magis q̃ austrinis mares gignũtur, fit etiam ut excrementis eiusmodi corpora abũdent, plus autem excrementi concoctu difficilius est, quamobrẽ maribus semen, mulieribus mẽstrua decedunt humidiora. Tum etiam ut menstrua secundum naturam mẽsibus decrescentibus potius fiant, eadem de causa accidit; tempus enim hoc mensis frigidius est & humidius, propter lunæ decrementũ defectionemq;. Sol enim per totum annũ hyemem, atq; æstatem facit. At luna per mẽsem id agit, qd' ita fit, non accessu, discessuq;

mẽstrua scdm natura decresẽ [illegible] luna

lunæ, sed alterum increscente luce, alterum decrescente. Necnon pastores aiunt interesse, ad maris ac fœminæ pecoris fœturam, non solum si ita accidit, ut initis aquilonijs austrinis ue flatibus fiat, sed etiam si cum pecus coit, spectat ad aquilonē aut austrū. Ita minimo interdum momento causa datur caliditatis, aut frigiditatis, hæc uero causam complent generationis. Dissident omnino inter se mas & fœmina, ob eas quas diximus causas ad maris, aut fœminę generationem, sed moderatione, quę intercedat opus est, nam omnia quæ uel natura, uel arte efficiuntur, ratione aliqua sunt; calor autem si ualde superat, exiccat humorem, si multo deficit, non cōcernit, sed medij rationem ad rem condendam seruari requiritur. Alioquin ut in ijs, que igne coquunt plus ignis deurit, minus non coquit ac euenit utrinq;, ne quod agitur, perficiatur, sic in coitu maris & fœminæ, moderatione opus est, hinc multis tum maribus, tum fœminis euenit, ut coniuncti inter se nequeāt generare, disiuncti queant, ei aut minoribus natu, aut maioribus hæc contrarietates existant æque in generatione, sterilitateq;, & maris fœminęq; p͛creatiōe. Quin et inter terras & aquas interest eisdem de causis,

qualitatem

qualitatem enim quandam potissimum recipit, & alimentum, & dispositio corporis ex temperamento aeris continentis & cibi ingredictis, sed precipue ex alimonia aquę, huius enim usus plurimus est, atq; in omnibus aqua alimento est etiam siccis. Quãobrem aquæ crudæ & frigidæ, aut sterilitatem, aut partum fœmineum faciunt.

¶Causę ob quas nati, uel parentibus, uel alijs sint, aut similes, aut dissimiles

¶Eędẽ causæ sunt, & ut alijs parẽtibus similes generent, alij dissiles et alij pr̃i, alij mr̃i, tũ corpore toto tũ uero partibus singulis & parentibus magis, q̃ maioribus suis. & ijs potius q̃ quibuslibet ac mares potius patri, fœminæ matri, alij nulli consanguineo similes, sed tamen homini similes, alij ne homini quidem, sed iam mõstro. Qui enim suis parentibus similis non est, monstrum quodammodo est, discessit enim ĩ eo quodammodo natura ex proprio genere, cœpitq; degenerare, sed initium primum degenerãdi est, fœminam generari non marem. uerũ hoc necessarium est naturæ. Genus enim seruari oportet eorum, quæ fœmina et mare distinguntur. Sed cum fieri possit, ne ali-

V~ facia
gignatur

aliquando semē superet maris, aut ob ętatē iuuenilem, senilem ue, aut ob aliā eiusmodi causam, fœminam ob eam rem gigni necesse est. at monstrum gigni non necesse est scilicet ad causam cuius gratia. et finē, quāq per accidens necesse est, nam principiū hinc sumatur oportet, quoties enim excrementum seminale bene concoctum in menstru is est, motus maris agit pro sua forma, nihil enim refert genitura dicatur, an motus, id quod partem corporis unanquamq; augeat, nec interest augentem motum, an principio instituentem placeat appellare, eadem nanq; ratio motus est. itaq; si superat, facit marem non fœminam, et similem ei qui generat, non matri, sed si non superat pro ea, qua non superarit facultate, defectum facit. facultatem autem hoc mō intelligi uolo quod generat non solum mas est. sed etiam talis mas, ut Corisc9, aut Socrates, nec modo Coriscus est, uerum etiam homo, atq; ad hunc modum alia propius, alia remotius insunt in eo, quod generat, uidelicet, qua genitale est, non per accidens. Verbi gratia, si Grammaticus aut uicinus cuiusquam, qui generat, est, ualet autem super in generando magis, quod proprium & particulare est, Coriscus enim & homo, & animal

genitura
motus

maris genitio

animal eſt, ſed propius a proprio diſtat homo, q̄ animal, generat autem, & quod particulare eſt, & quod genus eſt, ſed magis quod particulare, hoc enim ſubſtantia eſt, quod enim gignitur, & ſi quale quid eſt, tamen hoc quicq̄ eſt, idq; ſubſtantia eſt, quamobrem ex facultatibus inſunt in ſeminibus eiuſmodi omnium motus, maiorum etiā propria in nepotum ſemine inſunt potentia, ſed propinquius ſemper quod particulare eſt. particulare Coriſcum dico, & Socratem, ſed cum omne quod mutatur. nō in quodlibet, uerum in ſibi oppoſitum trāſeat. ideo et quod in generatione non ſuperatur, tranſeat in oppoſitum neceſſe eſt, pro ea facultate qua non ſuperarit. quod generat. moueatq;. quod ſi qua eſt mas, non potuit. fœmina gignitur. ſed ſi qua eſt Coriſcus, aut Socrates, non patri, ſed matri ſimile gignitur, ut enim omnino patri, mater opponitur. ſic ſingulis generantibus ſingulæ generantes opponuntur, ſimiliq; modo in ſequentibus facultatibus agitur. ſemper enim in ſequentem & proximum maiorē potius tranſitur tam in patre, quàm in matre. Inſunt autem motus alij actu, alij potentia, actu inſunt motus eius, qui generat & uniuerſalium, ut hominis ut animalis po-

potentia, insunt motus fœminæ, & maiorum tam in patre, quam in matre. mutatur, igitur transigens in opposita, motus autem, qui creant soluũtur in propinquos. Verbi gratia, motus eius qui generat, si soluatur, primum differentia minima in motum patris transibit, mox in aui, atq; deinceps ad hũc modũ in cæteros similes. In fœminis quoq; transitus fit. motus enim concipientis in motum soluitur matris, si non in eum, in auiæ eodemque modo in superiores, sed potissimum ita natura fert, ut qua mas, & qua pater est simul, aut superet, aut superetur, parum enim discriminis est, itaq; ut simul utrumq; eueniat, nequaquam difficile est. Socrates enim uir talis quis est. Quamobrem mares magna ex parte similes patri existunt, fœminę matri, simul enim in utrumq; disceditur: opponitur autem fœmina mari. mater patri, discessusq; in opposita fit, sed si motus q a mare est, superarit, qui uerò a Socrate est non superarit: aut hic superarit, ille non, ita euenit ut mares similes matri, fœminę similes patri generentur. Item si motus soluantur. et qua mas est seruetur: Socratis autem soluatur in patris, mas erit auo similis, aut alicui cæterorum superiorum maiorum, p ut solutio tetenderit: sed si qua est mas superetur

ſuperetur, fœmina erit ſimilis potiſſimum matri: ſi autem & hic ſoluatur motus, matri aſſimilabitur matris, aut alicui ſuperiorũ pari ratione. Idem modus partiũ quoq; eſt, ſæpe enim aliæ patri ſimiles, aliæ matri, aliæ maiorum alicui ſimiles conſtituuntur: inſunt enim & partium motus, alij actu, alij potentia, ut ſępius diximus. omnino ſubijcienda ſunt tria illa, unum quod modo dixi motus ineſſe, alios potẽtia, alios actu, alterum degenerare in oppoſitum quod ſuperatur, tertium tranſire in motum proximum id quod ſoluitur, et ſi minus, ſoluitur in propinquũ, ſi magis, in remotiorem diſcedere: demumq; ita confundi, ut nemini ſuorum ſimiles prodeant, ſed commune tãtum relinquatur, ut homo ſit. cuius rei cauſa eſt, ꝙ commune particularia cõſequitur omnia, homo enim uniuerſale ẽ. Socrates pater, & quęcunq; eſt mater, particulare eſt cauſa ut motus ſoluantur eſt, ꝙ omne agẽs patitur etiam a patiẽte, ut quod ſecat hebetatur ab eo, quod ſecatur, quod calefacit refrigeratur a caleſcente, deniq; quodcũq; mouet excepto primo mutuo mouetur aliquo motu. Verbi gratia quod pellit, pellitur quodammõ, quod premit, reprimitur. Interdum etiam ita fit ut quod agit ma

magis patiatur q̃ agat, & refrigeretur quod calefacit, calescat quod frigefacit. Cum aut nihil fecerit, aut minus quam ipsum affectũ est, dixi de iis cum de ratione agendi, patiendiq; docerem, uidelicet quibus in rebus inesset agere. & pati. Degenerat autem quod patitur, nec superatur, aut defectu facultatis eius quod coquit & mouet, aut copia frigiditate, quæ eius quod concoquitur & distinguitur. Cũ enim partim superet, partim non superet, facit multiforme quod cõstituitur, ut athletarum nonnullis per usum cibi nimium accidit. Cum enim per copiã pastus, natura nequeat superare, ut proportione augeat, formamq; seruet eandem, diuersæ efficiuntur partes, & adeo interdum ut nihilo fere similes primis euadant, proximum huic est morbus, quem satyriam appellamus, etenim in eo præ abũdantia fluctionis, aut flatus crudi in partes faciei decumbentis, facies, animalis diuersi & satyri apparet. Sed quam ob causam mares & fœminæ generentur, & alii parentibus similes, fœminæ fœminis, mares maribus, alii e diuerso, fœminę patri, mares matri, deniq; alii maioribus suis similes, alii suorum nemini similes existant, idq; tum corpore toto, tum partib9 singulis, de iis inquam om

nibus

omnibus dictum iam est. Sententiæ autem aliorum etiam naturę interpretum sunt de his rebus, scilicet quamobrem similes parē tibus generentur, afferūt illi dupl licem modum rationis, nonnulli enim ita censent, ut ab utrouis plus seminis uenerit, ei similis magis generetur, æque toti totum, & parti pars, quasi ex unaquaq; parte semen decedat sed si par de utroq; uenerit similis neutri procreetur, quod si falsum est, nec omni ex parte decedit, constat nec similitudinis & dissimilitudinis causam id esse, quod referūt. Tum etiam quemadmodum simul, & fœmina sit, & patri similis, aut mas, & similis matri, non facile explanare possunt. Quod enim, ut Empedocles aut Democritus causam de mare & fœmina reddūt, impossibilia modo alio dicunt, sed qui quod plus, minus ue a mare aut fœmina secesserit alterum marem, alterum fœminam gigni causantur, ij nequeant explicare, quemadmodum fœmina patri similis, mas similis matri reddatur, simul enim plus de utroq; uenire impossibile est. Ad hæc cur similes maioribus suis magna ex parte, remotisq; generentur, cum nihil seminis ab illis secesserit, nihil profecto isti quod bene tueantur habent, sed qui reliquum similitudinis mo

modum afferunt, ĳ tum cætera, tum uero hoc melius dicunt. Sunt enim qui semen genitale dicunt quamuis unum, tamen ueluti omnifariam quandam esse multorum seminum mistionem. Itaqꝫ ut siquis multa saporum genera in eodem humore miscuerit, moxqꝫ inde sumat, possitqꝫ sumere sẽper non tantũdem ex uno quoqꝫ. se modo huiusmodi illius plus, alias etiã ex hoc sumat, ex illo nihil sumat, sic in semine genitali esse, cum ex multis ac uariĳs mistum sit, a quocunqꝫ enim gignente accesserit plurimum, ei similem forma generari. sed hęc ratio, nec plana est, et passĩ ficti cia est, uult hęc non actu, sed potentia inesse, quam omnifariam seminis commistionem appellat, & quidem ita dici melius est. illo enim modo impossibile est, hoc possibile est. Verum q̃ ita causam reddunt, nullo modo rationem afferre de omnibus facile poterunt, cur fœmina, cur mas gignatur, quamobrem sæpenumero fœmina patri similis, mas, matri proueniat, atqꝫ etiam de maiorum similitudine. Ad hæc qua de causa interdũ homo quidem sed nulli suorum similis generetur, alias usqꝫ adeo procedendo degeneret, ut demũ ne homo quidem, sed animal tantum aliquod existat, quæ monstra dicen
tur

dicunt. proximũ enim ab ijs, quę iam expli cauimus ē, ut causas de mõstris reddamus. ad extremũ eñ cũ motus soluãt & materia nõ superet, remanet, qđ maxime est uniuersale, idest animal. Iã puerꝝ ortũ capite arietis, aut bouis referũt. Ideq́ in cęteris mẽbrũ nominãt animalis diuersi, uitulũ capite pueri, & ouem capite bouis natã asseuerãt. Quæ omnia accidũt quidẽ causis supradictis, sed nihil ex ijs, quę nominãt, est. quãuis similitudo quędã generat̃ quod euenit etiã nõ in monstrũ pũersis, quãobrẽ sæpenumero per cõuitiũ nõnulli deformes assimulãtur, aut caprę ignẽ efflãti, aut arieti peculeo, physiognomõ quidã omnes ad duorꝝ aut triũ animaliũ formas redigebat, & dicẽdo plerũq́ pꝰsuadebat. Sed eñ impossibile esse, ut tale monstrũ gignat̃, idest alterꝰ in altero animal, tp̃a ipsa grauiditatis declarant quę plurimũ discrepãt in hoĩe et cane, et in oue & boue. nasci aũt nullũ nisi suo tẽpore potest, partim igitur hoc modo dicuntur mõstra, partim, q̄ forma prodeant multimembri, scilicet multis pedibus, aut multis capitibus. sed profecto rationes monstrorum & oblæsorum animalium propinquæ. & similes inter se quodammodo sunt. monstrum enim oblęsio quædam est. Mõstrum

¶Quamobrem animalium alia superfœtant, alia non, & quæ superfœtant, interdum fœtus enutriant, interdũ nõ, & alia libidinosa in eo genere sint, alia non.

¶Animalium uero alia nunq̃ superfœtãt, alia superfœtant, quorum quædam enutrire suos conceptus semper possunt, quædã interdum possunt, interdum nequeunt. Causa ne superfœtent est, ꝙ singula pariũt, solipedes enĩ, & quæ ĳs auctiores sunt animantes, nunq̃ superfœtant. facit enim earꝝ magnitudo, ut excrementum omne inconceptum absumatur, quippe cum in ĳs omnibus corporis sit magnitudo, quę autem magno corpore sunt, eorum fœtus quoq; magni pro sui generis magnitudine instituuntur, ex quo fit, ut elephantorum fœtus magnitudine uituli gestet̃, multipera ideo superfœtant, quoniam plures conceptus superfœtatur quidam alter alteri sunt. Quæ autem ex his magnitudine prædita sunt, ut homo, si alter coitus proxime ab altero accessit, enutrire, quod superfœtatum est, possunt. Iam enim id euenisse uisum est, cuius rei causa id, quod dixim⁹ est. eodem enim coitu plus seminis mittitur. quod partitum

multiplicare

multiplicare conceptum poteſt,ſi alterum
poſt alterum accedit. ſed ſi iam aucto con-
ceptu,coitꝰ adhibetur ſuperfœtari quidem
poteſt ſed raro.quoniam uterus magna ex
parte ad partum uſq; ſe comprimet. Si ta-
men aliquando accidit,ut ſuperfœtetur(iã
enim id eueniſſe conſtat)perfici non poteſt.
ſed cõceptus abigunt̄ ſimiles ijs quos abor
tus uocamus.ut em̃ in unipero genere om-
ne excremẽtum abſumitur in id,quod pre
ceſſerit,ob corporis magnitudinem: ſic in
ijs fieri ſolet:ſed in illis ſtatim,in his cum iã
fœtus accreuerit.tunc enim ſimilem unipe-
ris conditionem recipiunt,pari ratione ſo-
la animalium mulier,& equa grauida coi
tum patiuntur.homo enim ſua natura pre-
fœcundum animal eſt.aliquid etiam in ute
ro tum ſpatij,tũ excrementi ſupereſt. quã q̃
non tantum,ut uel alterum poſſit alere.mu
lier itaq; ob eam cauſam coitum recipit, e-
qua autem ſoliditate ſuæ naturæ. & qꝛ ali-
quid ſpatij in utero ſuperſit, ut dictum eſt,
amplius quidem,quam ut ab uno occupe
tur,ſed arctius,q̃ ut alterum perfecte poſſit
ſuperfœtari.libidinoſa natura eſt equa ob e-
undem effectum. quo ſolida omnia uene-
ris ſunt appetentiora.illa enim ita ſe habẽt.
quia carent purgatione.quæ perinde eſt fœ

minis

fœminis, ut coitus maribus, equa enim mẽ
strua minime emittit. oĩum aũt uiuiperoꝝ
fœminę solidę, sũt libidinosiores, quoniã si
mili mõ se habẽt, atq; mares q semẽ genita-
le collectũ nõ excernũt: fœminis eñ purga
tio mẽstruoꝝ seminis exitus est. cũ mẽstrua
nõ nisi semẽ sint incõcoctũ, ut ante dixim9.
quãobrẽ mulieres, quę incõtinẽtes ad rẽ ue
nereã sũt, libidine cessãt, cũ sępi9 generarint,
Iã eñ seminale excremẽtũ, qđ libidinẽ accẽ
debat, emissũ facit, ne preterea concũbẽdi a-
uiditas stimulet In genere auiũ fœminę mi
nus q̃ mares uenerẽ appetũt: quoniã uterũ
cõtinẽt iuxta septũ, mares cõtra salaciores
sũt, quoniã testes int9 habẽt retractos. Itaq;
fit, ut quę ex iis sua natura abũdãt semine,
coitũ sẽper desiderẽt: fœminę igiť hui9 gene
ris, ꝓpẽsiores ad coitũ sũt uteri descẽsu, ma-
res testiũ retractu. Dixim9 quã ob causã a-
lia nullo pacto supfœtãt, alia superfœtãt q
dẽ, sed cõceptus interdũ enutriũt, iterdũ nõ
et quãobrẽ alia libidinosa, alia nõ libidino
sa in eo genere sũt. Sũt aũt nõnulla supfœtã
tia, quę lõgo etiã interposito tẽpore coeũdi
possint enutrire cõceptũ, quẽ supfœtarint,
uidelicet ea, quoꝝ gen9 semine genitali ab
undat, & corpis magnitudine caret, et mul
ta generat: cũ enim multipeꝝ sit, uteꝝ habet
amplioreẽ

ampliorē, cū se ie abūdet, multū purgatiōis excrementitię emittit, cū corpis magnitude careat, maioreq́; portiōe purgatio superet, quā cōceptus desideret nutrimentū, possūt uel post cōstitui aīalia, eadēq́; enutriri, ac pfi-ci, uteri etiā eorū non se conprimūt, quoniā excrementū purgationis superest, qđ mulie ribus quoq́; euenit, fit enim nōnullis graui-dis purgatio, & interdum quæ ad finē usq́; perseueret, sed ijs preter naturā hoc euenit, quāobrem fœtus efficitur detrimento, at ei-usmodi animalibus p naturā sic agitur. Ita enim corpus eorū principio cōstitutū ē, qua le corpus leporum est, hoc enim animal sup fœtat, quippe quod nec magnū sit, & plura generet, multifidū enim est, tale autē quod-uis plura generat, semine etiā abundat, qđ eius hirsutię significatur, copia enim pili ex-uperat, nā hoc unū pilos & sub pedibus ha-bet, & intra genas, pili autē abundantia, & hirsuties copiam indicat excremēti. Quam obrem homines pilosi libidinosiores, & se minis copiosiores sunt q̄ leues, lepus igitur sępenumero fœtus alios imperfectos gestat alios perfectos iam ædit.

pili abundātia excrementi co-piam indicat

τέλος.

